




Halle







173).

1. Reinhardt, Tobias Tac.: De probatione pro  
exoneranda conscientia.
2. Erbs, Johannes Carolus: De eo, quod iustum est  
circa incendia.
- 3.<sup>a</sup> Lammerz, Fr. Ferdinandus hircas: De praecminentia  
L. Levis Augustiniae eiusdemque Pminentissimi  
Archiepiscopi - praesulis, principis Electoris, praeminentia  
liberum ac singularium iuribus et prerogativis.
- 4.<sup>a</sup> Meissel, Joannes Andreas: De possessorio summa-  
rissimo, maxime secundum jus Saxoniae. H. d.
- 4.<sup>b</sup> <sup>Meissel, Bernd. Henr. de Diversis rerum mobilium et immobili-  
um iuribus</sup> Meissel, Bernd. Henr. de Diversis rerum mobilium et immobili-  
um iuribus.
5. Reinhardt, Tobias Tac.: De differentia et constan-  
tia inter obligationem ad carceres et litteras  
cambiales.
6. Reinhardt, Tobias Tac.: De citationibus.

7. Reinhardt, Tobias Tac. : De principe contractante 15
8. Reinhardt, Tobias Tac. : De erroribus pragmaticorum in doctrina de compensatione expensarum et sic.
9. Reinhardt, Tobias Tac. : De fortuna in causis civilibus. 17
- 10 Reinhardt, Tobias Tac. : De Imperatoris legem univ. salern. in imperio Romano-Germanico ferendi potestate.
- 11<sup>a</sup> Reinhardt, Tobias Tac. : De successione fisci 18
12. Strecke, Conrad Willh. : De relegationibus imperialis academicis et reb. quaestione: et notent? 19
13. Strecke, Conrad Willh. : De commissariorum Electoralium Saxonicorum potestate restricta in schemate evocationis lesium immediatae 20
14. Strecke, Conrad Willh. : De jurisjurandi relatione quatenus sit contra negotiatorem judicalem adhibenda? 21

15. Strecker, Com. Wilhelmus: De indigenis Germaniae  
 omnique juribus.
16. Strecker, Com. Wilhelm: De mandato, an morte  
 mandantis cesset?
17. Strecker, Com. Wilhelmus: De minoribus in causa  
 criminali: ad praestandum iuramentum purgato-  
 rium sub poena confessi et convicti rite citato et  
 non comparente in integram restituendo
18. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus t. b. s.  
 (ad Disputationem in auz. Comestrii Greg. Starkh-  
 inritat).
19. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus  
 (ad Disputationem in auz. Com. Rivendi Senck-lissai  
 inritat) -
20. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus t. b. s.  
 (ad Disputationem in auz. Joh. Lortz Starkh inritat)

21. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus l. b. s.  
(ad Disputationem inang. Joh. Rud. Meisselii irritata).

22<sup>a</sup>. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus l. b. s.  
(ad Disputationem inang. Gualteri Fridrici Karglii

22<sup>b</sup> irritata).

23. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus l. b. s.  
(ad Disputationem inang. Christiani Gualteri Wich-  
manni irritata).

24. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus l. b. s. (ad  
Disputationem inang. Petri Throgotti Boernerii irritata).

25. Tengelt, Ernestus, Facult. juridicae Decanus l. b. s.  
(ad Disputationem inang. Johanni Skenepiedi Blochmann  
irritata).

26. Tengelt, Ernestus, Facult. juridicae Decanus l. b. s. (ad Dispu-  
tationem inang. Johanni Jacobi Streckenpfefferi irritata).




27. Tengelius, Ernestus: De donatione propter nuptias  
in specie versò de questione: an et in quantum  
donatio propter nuptias secundum novissimum  
jus domesticum uxori utilitatem praestet?

28. Giegler, Rudolphus Xavicus: De actione hypothecaria  
contra testium possessorem instituenda.







86  
4  
DISSERTATIO INAUGURALIS  
PUBLICO - JURIDICA

DE

PRÆEMINENTIA  
S. SEDIS MOGUNTINÆ,  
EJUSDEMQUE

EMINENTISSIMI ARCHI-  
PRÆSULIS, PRINCIPIS ELECTORIS,  
PRÆEMINENTIBUS AC SINGULARI-  
BUS JURIBUS ET PRÆROGATIVIS;

QUAM

SUB PRÆSIDIO ALTISSIMI,  
EX DECRETO ET CONSENSU AMPLISSIMI ICTORUM  
ORDINIS IN PERANTIQUA ELECTORALI  
UNIVERSITATE ERFORDIENSI

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORALEM  
IN UTROQUE JURE RITE AC LEGITIME CAPESSENDI  
PUBLICE VENTILANDAM EXPONIT

AUTOR

JOANNES FERDINANDUS  
ANDREAS LAMMERZ,

*Mogonus.*

IN AUDITORIO ICTORUM MAJORE HORIS CONSVETIS.

DIE 11. OCTOBRI A. O. R. MDCCXXXI.

ERFORDIÆ, Litteris FRANCKENBERGIANIS. 16



EMINENTISSIMO

*AC SERENISSIMO*

PRINCIPI ET DOMINO

DOMINO

FRANCISCO  
LUDOVICO

S. SEDIS MOGUNTINÆ ARCHI-  
EPISCOPO, SAC. R. I. per Germaniam ARCHI-  
CANCELLARIO, & PRINCIPI ELECTORI, SUPREMI MA-  
GISTERII Ord. Teut. in Borussiâ ADMINISTRATORI, Eiusdemque Ordinis Magni in Germaniâ & Italiâ MAGISTRO, EPISCOPO WORMATIENSI & VRATISLAVIENSI, PRÆPOSITO & DOMINO in Elwangen, ADMINISTRATORI Abbatiz Prumiensis, Comiti Palatino ad Rhenum, Duci Bavariz, Juliaci, Cliviz & Montium, PRINCIPI MOERFENSI, Comiti Veldentiz, Sponhemii, Marchiz & Ravensbergz, Domino in Ravenstein, Freudenthal & Eulenberg,

*DOMINO MEO CLEMENTISSIMO*

Nec non



**REVERENDISSIMIS,**  
**ILLUSTRISSIMIS,**  
**PER - ILLUSTRIBUS,**  
**ET**  
**PER QUAM GRATIOSIS**  
**DOMINIS.**

**D.** HUGONI WOLFFGANGO L. B.  
à KESSELSTATT, Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ PRÆPOSITO, Equestr: ad S. Albanum & S. Ferrutum in Bleidenstatt Canonico Capitulari.

**D.** CAROLO EMERICO  
FRANCISCOL. B. de BREIDBACH  
à BÜRRESHEIM, Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ DECANO, & Colleg. ad S. Petrum & S. Victorem Canonico Capitulari & respectivé Decano, Serenissimi Electoris Moguntini Consiliario Intimo, ac locum tenenti, Judici Civici Moguntinæ Præsidi.



D. FRANCISCO GODEFRIDO  
CAROLO JOANNI FRIDERICO  
ANTONIO COMITI ab OSTEIN,  
Ecclesiae Metropolitanæ Moguntinæ, Cathedralis Her-  
bipolensis, nec non Equestris ad S. Albanum Canonico  
Capitulari, & respectivè CUSTODI, Ecclesiae  
Imperialis ad S. Bartholomæum Francofurti Præ-  
posito.

D. WILDERICO MARSILIO L. B.  
ab HOHENECK, Ecclesiarum Metropolitanæ  
Moguntinæ, & Cathedralis Wormatiensis Canonico  
Capitulari, respectivè SCHOLASTICO, Cu-  
stodi ac Archi-Presbytero, nec non Equestris Ecclesiae  
ad S. Ferrutum in Bleydenstatt Decano, Serenissimi  
Electoris Moguntini in Spiritual, Vicario Generali.

D. PHILIPPO CAROLO L. B. ab & in  
ELTZ & KEMPENICH, Ecclesiae Metropoli-  
tanæ Moguntinæ & Trevirensis Canonico Capitulari,  
respectivè Prapposito & CANTORI, Eccl. Colleg.  
in Moxstatt Prapposito, Serenissimi Electoris Mogunti-  
ni Consiliario Intimo, & Consilii Aulici Præsidi.

D. JOANNI ADOLPHO L. B. de WALDEN-  
BURG à SCHENCKERN, Eccles. Metrop. Mog. &  
Col:

Collegiatæ ad S. Victorem Canonico Capitulari, ac respectivè Seniori.

D. FRIDERICO WILHELMO L. B. à BICKEN, Eccles. Metrop. Mog. & Equestris ad S. Ferrutum in Bleidenstatt Canonico Capitulari, Præposito in Clingenmünster, Sacræ Cæsar. Majestatis Imperiali Consiliario Aulico, Serenissimi Electoris Moguntini Consiliario Intimo, ac Erfordiæ Pro-Principi.

D. CAROLO CASPARO WILHELMO L. B. de GYMNICH, DOMINO in VISCHEL, NEURATH & LAURENTZBERG, Eccles. Metrop. Mog. & Trevirens. nec non Equestris ad S. Albanum Canonico Capitulari, respectivè Chori-Episcopo, & Custodi, Serenissimi Electoris Moguntini Consiliario Intimo.

D. ANSELMO FRANCISCO ERNESTO L. B. de WARSBERG, Eccles. Metrop. Mog. & Trevirens. nec non Cathedralis Spirensis Canonico Capitulari, & respectivè Præposito, Serenissimi Electoris Moguntini Consiliario Intimo, & Camerae Præsidi.

D. ANSELMO FRANCISCO L. B. ab INGELHEIM, Condicto ECHTER de MESPELBRUNN, Eccles. Metrop. Mog. & Cathedralis Herbipolens. nec non Collegiat. SS. Petri & Alexandri Alschaffenburg : & S. Victoris Mog. Canonico Capitulari, respectivè Custodi & Præposito.

D. JOANNI FRANCISCO JACOBO ANTONIO L. B. ab HOHENECK, Eccles. Metrop. Mog. & Cathedralis Wormatiensis Canonico Capitulari, Camerae Præfentialis Moguntinæ Præsidi,

D. CA-

D. CASIMIRO ANTONIO L.B. de SICKINGEN,  
Eccles. Metrop. Mog., Cathedralis Constantiensis, ac  
Equestris Bruchsalensis Canonico Capitulari, & Vice-Do-  
mino in Bingen.

D. HENRICO SCHWICARDO OSWALDO L. B.  
de SICKINGEN, Eccles. Metrop. Mog. ac Equestris ad S. Alba-  
num Canonico Capitulari, & respectivè Scholastico, nec  
non Camerae Praesentialis Moguntinae Praesidi.

D. JOANNI HUGONI L.B. de WALDERDORFF,  
Domino in Isenburg & molsberg, Ecclesiarum metrop.  
Mog. & Trevirens. Canonico Capitulari.

D. CAROLO PHILIPPO HENRICO L. B. de GREIF-  
FENCLAU, DOMINO in VOLLRATHS, Eccles. Metrop.  
Mog. nec non cathedralium Herbip. & spirens. Canonico  
Capitulari, Insign. Eccles. Colleg. ad Gradus B. M. V.  
Mog. Praeposito.

D. LOTHARIO GODEFRIDO RUDOLPHO  
HENRICO JOSEPHO L. B. de ROSENBACH, Eccles.  
Metrop. Mog. & Cathedralis Herbipolens. Canonico Capi-  
tulari.

D. FRANCISCO GODEFRIDO ANTONIO  
L. B. de KNEBEL à KATZENELNBOGEN, Domino in  
Neuwayer, Eccles. Metrop. Mog. & cathedral. Eichstettensis  
Canonico Capitulari & respectivè Custodi, Rmi & Celmi.  
Principis Eichstettensis Consiliario Intimo, & Regiminis  
Aulici Praesidi.

D. ANSELMO FRIDERICO L. B. de BETTENDORFF,  
Eccles. Metrop. Mog. & cathedr. Wormatiensis Cano-  
nico Capitulari.

D. JQ.

D. JOSEPHO FRANCISCO L. B. à KESSELSTATT,  
Eccles. Metrop. Mog. & Trevirens. nec non Equestris ad S.  
Albanum Canonico Capitulari, Serenissimi Electoris Mo-  
guntini Consiliario. Intimo.

D. FRANCISCO RUDOLPHO L. B. de GROSC-  
LAG, Eccles. Metrop. Mog. Cathedralis WORMATIENSIS,  
& Equestris ad S. Albanum Canonico Capitulari, & re-  
spectivè Cantori.

D. HUGONI FRANCISCO CAROLO L. B. ab & in  
ELTZ & KEMPENICH, Eccles. Metrop. Mog. & Trevi-  
rens: Canonico Capitulari.

D. JOANNI LUDOVICO CHRISTIANO L. B. ab  
ERTHAL, Eccles. Metrop. Mog. & Imperialis Bamber-  
gensis Canonico Capitulari.

D. LOTHARIO FRANCISCO IGNATIO L. B.  
SPECHT à BUBENHEIM, Eccles. Metrop. Mog. Cano-  
nico Capitulari.

D. JOANNI PHILIPPO CHRISTOPHORO  
FRIDERICO ANTONIO L. B. de SICKINGEN,  
Eccles. Metrop. Mog. Canonico Capitulari.

*DOMINIS MEIS PER QUAM GRATIOSIS.*

EMINENTISSIME  
AC  
SERENISSIME PRINCEPS,  
DOMINE,  
DOMINE CLEMENTISSIME;

NEC NON  
REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI,  
PER-ILLUSTRES, ET PERQVAM GRATIOSI  
DOMINI,



*N*ter Maximos S. R. I. Electoratus, qui-  
bus ceu totidem columnis (ut Aurea Bul-  
la loquitur) dextera Imperialis potentia  
sustentatur, primas sibi vendicat S. Sedi

)

MO-

Moguntinæ electoratus EMINENTISSIME ET  
SERENISSIME PRINCEPS; REVERENDIS-  
SIMI, PER ILLUSTRÉS, ET PER QUAM GRATIOSI  
DOMINI. *Huic enim competit, & proprium est, deli-  
gendo novo Cesari convocare Principes, suffragia expo-  
scere, solemnes consignare de actu tabulas, conclusa Im-  
perii concipere, & quod rei caput est, recens electum in-  
augurare Imperatorem.* Dignius hoc EMINEN-  
TISSIMÆ SERENITATI TUÆ, REVE-  
RENDISSIMOQUE CAPITULO encomium proferre  
nemo poterit, ad Laudem sufficeret, S. WILLIGISIUM, si  
cetera deessent, in celeberrimo ARCHI-EPISCOPATU,  
qui Cesarum Regumque munificentiam in hereditatem S.  
SEDI MOGUNTINÆ transiit, primum fuisse S. R. J. Ele-  
ctorem, VESTRO NOMINI, nescio quid  
majus superaddere liceat, quam tanta dignitatis Wil-  
ligisianæ amulos esse & successores: In VOBIS enim  
gloria antiquæ splendorum per tam longam seculorum  
& predecessorum seriem plenâ luce transfusos ARCHI-  
DIAECESIS sibi gratulatur; Immortalis hujus Mater es  
REVERENDISSIMUM METROPOLITANUM CA-  
PITULUM, & arbor illustrissima, speciosa & ferax hono-  
rum, citrà fabulam Æneidos, cui merito subscribemus:

Deficiente uno non deficit alter

Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Fœcundavit illam & servavit jam à pluribus retrò

secm.

faculis Divina Providentia eventum tam prospero, ut pu-  
rissimi Germanica nobilitatis flores non interrupta serie  
germinarint inde fructusque illibata religionis & com-  
munis pro salute patria sollicitudinis optabili semper ma-  
turityte protulerint. Ex hoc duplicato REVERENDISSI-  
MORUM D. D. CAPITULARIUM Zodiaco novum & il-  
lustrissimum Sydus in SOLIO ARCHI-EPISCOPALI prae-ful-  
ges EMINENTISSIME ac SERE-  
NISSIME PRINCEPS, quot enim Electo-  
res & Praesules ab ipso Archi-Episcopatus Initio vene-  
ratur S. Sedes Moguntina, eos omnes sacro huic Purpura-  
torum Collegio debet, in quorum Gremio, quorum Institu-  
tione & laudatissimis exemplis ita adoleverunt, ut ef-  
fent Imperii Principes, & ex eorum numero, quos Cesa-  
rum sapientia cum Pastoralis stola, Electorali Pileo insigni-  
tatos cupiebat. Gloriosam hanc fecunditatem majoribus  
in dies ornamentis adauges EMINENTISSIME ac  
SERENISSIME PRINCEPS, vivunt in TE  
gloriosissima memoria Antecessorum veneranda dotes,  
vivit in VOBIS, REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI,  
PER-ILLUSTRES, ET PERQUAM GRATIOSI DO-  
MINI, antiquae Gloriam in S. Sede Moguntina splendor, cum  
quibus meritorum VESTRORUM claritas nunquam  
extinguetur; carpit Industrii laboris fructum Mogun-  
tia,

172  
tia, cui Principali rerum cognitarum usu, & quotidiano  
Rectricis scientiae exercitio in casus pervigil omnes for-  
titer & suaviter providetis; neque satis Illa admirari  
potest, se aliquot annorum compendio, ex quo in Solum  
Archi-Episcopale **TE, EMINENTISSIME AC  
SERENISSIME ELECTOR, REVERENDIS-  
SIMVM ac ILLUSTRISSIMVM CAPITVLVM** propri-  
is, ut ita dicam, manibus collocavit, novam quodammo-  
do faciem induisse, ut non tantum à nativâ **TUA** pur-  
pura gloriosior, quam à sapientia evaserit longe felicior.  
Ita scilicet Aurea Moguntia non minus Rheni, Mœnique,  
quam sapientiae influxu felix, non mediocriter se nunc  
sentit inauratam; Videt hoc, & miratur orbis, loquentur  
ventura tempora, & subditi dulci coram experientia  
intuentur; tanta enim in ornamenta **VESTRÆ** se se  
diffudere Virtutes, quas omnes complecti dicendo qui  
velit, sacula sibi optet necesse est, & quandam ipsi me-  
remini atatem. Arduum hoc de celsissimis meritis  
**VESTRIS** argumentum trepidante licet & fatigante  
sub immensâ rerum dicendarum mole imbelli calamo  
paucis tamen attingere volui, ut orbi litterato auda-  
ciam hanc forte meam demiranti testatum facerem;  
Quâ de causâ laborum meorum coronidem in Hieranâ  
Universitate contextam **TIBI, EMINENTISSI-  
ME AC SERENISSIME PRINCEPS; VO-  
BISQVE, REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI, PER-  
ILLV.**



ILLVSTRES, ET PERQUAM GRATIOSI DOMINI,  
*demississimè consecrem. Inscripti scilicet submississima*  
*veneratione* AMPLISSIMIS NOMINIBVS  
VESTRIS *has theses meas in perennem paterno no-*  
*mine pro innumeris gratiosissimis favoribus gratitudi-*  
*nis tesseram, novumq̄ humillimi obsequii mei monumen-*  
*tum: Idem verò quantum est,* EMINENTISSIME  
ac SERENISSIME, PRINCEPS; VOSQVE RE-  
VERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, PER-ILLUSTRES,  
ET PERQUAM GRATIOSI DOMINI, *quod parentem*  
*meum conjunctis studiis in servire gratiosissimè voluistis:*  
*Addidit etiã non parum fiducia harum Thesium genus*  
*et argumentum, cui enim has potiori jure inscriberem*  
*quã EI, qui S. Sedem Moguntinam virtute ex alto, et*  
*cælestibus præfidiis armatus cum asfistricæ Sedium*  
SUARVM *sapientia, et Apostolica Antecessorum suo-*  
*rum fortitudine tuetur, et exornat; cui has inquam*  
*theses meas potiori jure inscriberem, quã VOBIS,*  
REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, PER-ILLU-  
STRES, ET PERQUAM GRATIOSI DOMINI, *qui ve-*  
*lut duplicatus Zodiacus cælum Moguntinum virtu-*  
*tum et meritorum undique radiis collustratis.*

*Intuemini itaque* EMINENTISSIME  
AC SERENISSIME PRINCEPS;  
VOSQVE REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI,  
PER-ILLVSTRES, ET PERQUAM GRATIOSI  
DOMI-

DOMINI, *litterarium hunc comatum meum gratiosis-  
simis illis oculis, quibus omnes Juridici studii cultores Cle-  
mentissimè soletis. Suscipite primam hanc grati submis-  
sissimiq; animi in perbreui libello tesseram, simulq; arden-  
tibus ad cælum votis precor, ut* **TE EMINENTIS-  
SIMUM AC SERENISSIMUM PRINCI-  
PEM;** **VOSQVE REVERENDISSIMOS, ILLUSTRIS-  
SIMOS, PER-ILLVSTRES, ET PERQVAM GRATIO-  
SOS DOMINOS** ad S. Sedis Moguntinæ decus & orna-  
mentum, Imperii, & Patriæ felicitatem diutissimè so-  
spites conservet. *Augeat optimum Numen, de nostris  
etiàm, annos VESTROS, Consilia, vota secundet at-  
que impleat, donec equatam in terris virtute & meri-  
to auream in cælo perennaturæ gloriæ serò adeatis ater-  
nitatem; Quod vovet*

**EMINENTISSIMÆ SERENITATIS  
TUÆ;  
REVERENDISSIMORUMQUE,  
ILLUSTRISSIMORUM,  
PER-ILLUSTRUM, & PERQVAMGRATIOSORUM  
DOMINORUM**

Subditorum infimus  
& Devotissimus

Joannes Ferdinandus Andreas  
Lammerz, *Mogonus.*




## PROOEMIUM

**N**on paucis equidem temeritatis notam incurrisse videbor, quod quaecunque Dissertationis Academicæ specimen editurus, & materiem in amplissimo fertilissimoque juris campo selecturus, haud triviale quoddam argumenti genus, quod sanè juventutis viriumque mearum imbecillitas pro modulo suo imperare poterat, verùm sublime, præcellens, nec minùs arduum Thema, de Præemi-  
nentiâ S. Sedis Moguntinæ, Ejusdemque Eminentissimi Archi-Præsulis, Principis Electoris undique fulgentissimis & præcipuis juribus ac prærogativis, quibus inter cæteros Imperii Electores ac Principes eminet, Tractationi subjicere constituerim; attamen subesse rationem non unam confido, quâ à temeritatis crimine ac omnî culpâ conatus iste absolvi possit; Tanta siquidem est Pietas, quam filius erga Matrem, subditus erga Patriam debet, ut mihi licet infimo, genuino tamèn ac indissolubili nexu filialis subjectionis obstri&ctissimo S. Sedis Moguntinæ filio hoc in præceptis datum esse persuasus

con-

imò convictus sim, quo non tantum præ eminentem illum ac propè infinitum honorem, quem ob innumera ac præcellentia ornamenta, decora ac præstantias omnino eximias meretur, publico aliorum applausui & venerationi exponerem, verum etiam singularium prærogativarum ac jurium, quibus Ejusdem Archi-Præsul inter univertos Principes præfulget, brevissimum licet Catalogum oculis omnium objicerem; idque præprimis in hac Antiquissimâ S. Sedi Moguntinæ devotissimâ Erfordienfi Academiâ, & hac ipsâ Urbe, quæ à primis quasi sui Natalibus non alio, quàm quod *S. Sedis Moguntinæ fidelis Filia* esset, Elogio superbire, & in hoc ipso solo Laudum suarum omnium epiphonema comprehendere voluit, tandemque post varias calamitatum vicissitudines in suavissimo *Aureæ Matris* sinu, velut unico ac immobili felicitatum suarum Centro, illarum perpetuitatem reinvenisse à multo jam tempore lætatur, & propterea Maternorum Ornamentorum recordatione mirifice delectatur; si quis autem in eo fortè me peccasse arbitretur, quod post tot vix non impenfa ac perpolita Eruditorum Volumina, quæ de Ornamentis æquè Sacris, ac sæcularium jurium Præcellentia S. Sedis Moguntinæ in Publicam prodire lucem, nonnisi deprædicata ab aliis vel mutilatim recitaverim, vel parem meritis, titulis, honoribus ac juribus catalogum non contexuerim, in eo veniam, ut spero, facile dabit; partim quòd hac præsertim ætate vix aliquid amplius dici scribi que valeat, de quo non copiosa aliorum dicta ac scripta pridem existant, partim & in primis, quod S. Sedis Moguntinæ splendor, omnium oculos mentesque perstringens, talis ac tantus sit, ut nunquam



quam de ea fatis quidquam proferri ac prædicari queat ;  
Plurimum autem abest, ut existimem, aut æstimari ab aliquo  
velim, univèrsùm hoc argumentum pro dignitate, merito,  
& ingenti amplitudine à me repræsentatum esse ; qua enim  
ratione hoc ab homine necdum exercitato, ac monumen-  
tis, omnibusque illis adminiculis, quæ in ejusmodi thematis  
genere utramque paginam faciunt, ad eò destituito fieri, aut in  
brevissimis pagellis impleri potuit ; ut vel flores saltem spar-  
sos, eosque paucissimos collegisse, ubique verò Eruditionum  
Antecessorum vestigia pressisse, integerrimæ filialis devotionis  
argumentum videri valeat. Igitur pro duplici splendidissi-  
morum S. Sedis Ornamentorum ordine, eadem in duplicem  
classem redigo : in primo quidem Capite eam præeminen-  
tiæ partem, quam in Sacris præter alia à sacræ fidei Antiqui-  
tate, Sanctitate, Constantiâ, Ss. Martyrum Gloria, perpetuâ  
Præfulum Coronâ ac Primatu ; in altero autem reliquam  
præcellentiam, quam in Politicis à singularibus ac præful-  
gentibus Archi-Præfulis, Principis Electoris sui juribus ac  
Prærogativis sibi meritò vindicat, succinctè  
delibaturus.

## CAPVT I.

DE PRÆEMINENTIA S. SEDIS MO-  
GUNTINÆ IN SACRIS, à S. FIDEI ANTIQVITATE,  
SANCTITATE, CONSTANTIA, Ss. MARTYRUM  
GLORIA, PERPETUA PRÆSULUM CORONA,  
PRIMATU, ALISQUE ORNAMEN-  
TIS DEDUCTA.

## §. I.

Quantum cujuscunque Ordinis Nobilitas sibi prærogati-  
væ decus ab Antiquitate temporum assumat, non so-  
lum, quoque illustri Proavorum sanguine inclarue-  
runt, sed illi quoque discernere nôrunt, quibus nudum ob-  
sequendi, eminentemque aliorum sublimitatem, & generis  
æque ac virtutum præstantiam venerandi studium pro glo-  
riâ est relictum; Ita enim saniorum Judicio comparatum est;  
ut eò illustrior semper sit Nobilitas, quò antiquior fuerit; eò  
splendidior, quò plurium retrò vetustorum sæculorum Cata-  
logo reperitur inscripta. Ad eundem planè modum, cum in  
definienda sacri cujuscunque status ac Ecclesiarum Dignita-  
tate, ab æquissimis rerum æstimatoribus antè omnia alia ad  
Originis vetustatem, veluti præcipuum prærogativæ chara-  
cterem respici solear, non immeritò primum omnium & ma-  
ximum *S. Sedis Moguntinae* Ornamentum & præeminentiæ  
splendorem in veneranda Eiusdem Antiquitate collocavero;  
liqui-

siquidem non Orthodoxorum duntaxat unanimi, sed frequen-  
 ti etiam, partium cæteroquin studio laborantium scriptorum  
 calculo comprobatum est, in primi statim CHRISTI JESU Do-  
 mini ac Salvatoris nostri sæculi Anno 80. per primum Epi-  
 scopum S. CRESCENTEM, S. PAULI Apostoli Discipulum S. se-  
 dem Moguntinam plantatam, & salvificæ fidei ac sacrosancti  
 Evangelii luce illustratam esse; quod pluribus deducit ac  
 demonstrat P. NICOLAUS SERAR. *Mogunt. Rer. Lib. 1, C. 19.*  
*& L. 2. C. 1. § 2.*

§. II.

Equidem non desunt, qui sicuti Moguntinis tantum  
 tanti Apostoli Discipulum invident, ita in transversum acti  
 quovis modo negare laborant, S. CRESCENTEM unquam S. se-  
 di Moguntinæ Episcopum & Doctrinæ Christianæ Magistrum  
 primum præfuisse, atque, ut veritati summorum Virorum  
 testimoniis comprobata nebulas offundant, unam alteram-  
 que difficultatem objiciunt, & proinde se se capere non posse  
 dicunt, quando & quomodo D. CRESCENS, S. PAULI Apostoli Di-  
 scipulus, Moguntiam venerit, eo quod idem Apostolus 2. *ad*  
*Timoth. 4. v. 10.* disertis verbis significet, CRESCENTEM abiisse in  
*Galatiam*; ut hanc ipsam Doctoris Gentium Epistolam etiam  
 perfunctoriè tantum legenti apparere possit, D. CRESCEN-  
 TEM non in Germaniam, neque Galliam, aut aditas Rhe-  
 no provincias, sed in Asiæ Galatiam tetendisse. At vero  
 cum non tantum SS. Patres, sed & alii magno numero à P.  
 SERARIO *Mogunt. Rer. Lib. 2. Cap. 2.* relati Authores, interque  
 illos præcipuè EPHIPHANIUS, HIERONYMUS, SOPHRONIUS,

THEODRETUS, ADO, BEDA, USUARDUS. unanimi sententia tradant, *Galatiæ* nomine Sæculis antiquissimis Galliam, aliasque Rheno propinquas Provincias, imò ipsam Germaniam, appellatam fuisse, nihil adversariis præsidii superesse poterit, quo Moguntinum S. CRESCENTIS Evangelismum & Apostolatium in dubium vocare valeant; præsertim cum meminisse etiam oporteat, Moguntiam inter Galatiæ seu Galliæ Urbes olim fuisse relatam SERAR. *Lib. 1. Cap. 10.*

Quodsi autem minus apta alicui videatur ista conclusio: *S. CRESCENS ivit in Galatiam, seu Galliam. Ergò Moguntiam.* Siquidem potuerit in aliam quamlibet Galliæ urbem ivisse, possetque pari jure, eum alia quælibet Galatica urbs sibi vindicare Apostolum & Episcopum; Non equidem diffiteor, conclusionem istam, si sola per se spectetur, esse, ut non nullis videtur, ineptam; sed si jungatur cum perpetua Majorum traditione, cum temporum, Ecclesiæque illius monumentis, testantibus, D. CRESCENTEM illuc venisse, minimè contemnendam, sed maximam in re historica vim & auctoritatem habebit. SERAR. *Lib. 2. Cap. 2.*

## §. III.

Alii, ut aliam veritati caliginem obrudant, S. CRESCENTEM Viennam Galliæ pervenisse, ac ibidem Episcopum, & quidem primum fuisse contendunt, ADONIS VIENNENSIS in *anat. 6.* aliorumque Testimonio suffulti; ex quo concludere volunt: vel D. CRESCENTEM Moguntinum Episcopum non fuisse, vel si ejus nominis quidam ibidem extiterit, saltem illum S. PAULI Discipulum non fuisse. Sed si concedamus



mus etiam, Viennam Galliaë advenisse D. CRESCENTEM, & multo fortassis tempore populum Orthodoxâ doctrinâ & Christianis moribus instruxisse, prout ADO, BEDA, USUARDUS, & PETRUS CLUNIACENSIS, nec non MARTYROLOGIUM ROMANUM *Die 27. Junii.* produnt, nemo tamen Authorum horum aut aliorum inficias ibit, D. CRESCENTEM Moguntinâ præfuisse Episcopum. Quin si fingamus etiam, hunc ipsum D. PAULI Discipulum aliquo tempore Divina explicasse præcepta in Asia Galatia, in Italia, Gallia, & quibusdam Germaniæ provinciis, Moguntiaë perinde tamen nec pilus adimitur: Superavit enim D. CRESCENS suâ ætate annos omnino 80 ex communi hac de re scribentium mente. Quippe in Galatiam si missus abiit, abiisse eo tempore certum est, quo D. PAULUS secundam ad Timotheum dedit Epistolam: annis vero novem antè D. PAULI Martyrium scriptam eam fuisse, argumentis probat BARONIUS *Tom. 1.* quamvis nonnihil refragentur D. HIERONYMUS *Lib. de scriptorib. Eccles.* EUSEB. *Lib. 2. Histor.* multiq̄ue recentiorum serius illam conscriptam esse affirmantes. Si igitur horum opinionem amplecti, & dicere fas sit, Anno PAULI postremo Epistolam hanc scriptam, & CRESCENTEM in Galatiam missum venisse, haud adversabitur iis, quæ dicta sunt: namque D. PAULUS An. post natum Salvatorem 69. capite plexus sub Nerone, D. CRESCENS verò An. 102. vel potius 103. sub Trajano passus est: annorum igitur 34. intervallum inter D. PAULI & hujus Discipuli CRESCENTIS fata intercessit: cui si demantur 22 vel 23. anni, quibus Moguntiaë præfuit; annos omnes reliquos vindicare sibi possunt Galatia & Galliaë

Vienna, nimirum annos *ii*. Quodsi tot annorum spatium non sufficiat aut Gallis aut Galatis, quis jure affirmare poterit, D. CRESCENTEM eo, quo Moguntinis Fidei Dogmata explicavit tempore, nunquam excurriffe in provincias alias nunc propinquas, nunc remotas? abhorruerunt certè ab hac sedendi more & mora antiquissimorum Episcoporum plerique, dum oves pascebant, & nova pascua nunquam non inquirebant. Proinde D. CRESCENTEM, primum & supremum Moguntia Antistitem inter D. PAULI discipulos floruisse, consensu maximo tradidère Ss. Patres & Historici, tum antiqui, tum medij, tum recentiores, quorum omnium recenset nomina P. SERAR. *L. 2. Cap. 2. P. KOLB, in serie Episc. Archi-Episc. & Elect. Mog. pag. 4.*

## §. IV.

Non fundamenta autem solum S. Sedis Moguntinae posuit D. CRESCENS, sed ea quoque indefessò usque ad mortem Zelo consolidavit, atque per 22. solidos, aut 23. inchoatos annos, quibus factus multorum discipulorum Magister, & ovium Pastor vigilantissimus ibidem praefuit, nihil impense magis curavit, quam ut idolorum delubra destrueret, zizania eradicaret, virtutes plantaret, & dicatam Deo Sedem, velut arcem inexpugnabilem ita praemuniret, quo inter frequentes & vehementissimos impetus portae inferi adversus eam nunquam praevaliturae essent. Tandem D. iste Moguntinorum Praefulum Antesignanus, veluti gloriosus Athleta, meritis ac victoria plenus caelestem triumphum adornavit; & quamvis de Martyrii loco non adeò aperte constet, concordiam tamen sententia tradunt *Authores Itali, Galli & Germani, eum sub*

sub Trajano Imperatore sanctam mortem oppetiisse, & quidem, ut supra dictum, Anno Domini 102. vel 103. Exuvias tanti Martyris Moguntiae in aede S. Hilarii sepultas primo, & inde in S. Albani Templum translatas esse, antiquissima perhibent monumenta; nec praeterire hic possum ornamentum illud poeticum in Basilica Arcis Moguntinae, in gloriosam primipili D. Antistitis & Fundatoris memoriam scriptum:

*Crescentis fecit clarum sacra pagina nomen,  
Dum tibi fidus erat, Paule beate, Comes.  
Bisque Moguntinis undenos praefuit annos,  
Et vita clarus, clarus & cloquio.  
Martyriumque tulit, Trajano Principe, CHRISTI  
Cum Decades denas auxerat una trias.*

E quibus omnibus satis apparet, quanto S. Sedes Moguntina praereminentiae honore a primis Natalium Auspiciis insignita fuerit, ac merito in perpetuum condecoretur.

S. V.

Quid aliud vero tam sanctum & illustre initium excipere potuit, quam continua & immortalis Sanctitatis Gloria, qua per longissimam saeculorum seriem Moguntina Ecclesia in hunc usque diem praefulget; quod ipsum est alterum Praereminentiae singularis Ornamentum. Namque neminem facile latere potest, quod a complurimis tum egregio virtutum nitore, tum morum & Christianae devotionis integritate sanctis & perspicuis Viris, partim Episcopis, partim Archi-Episcopis, Sedes Moguntina sibi merito *Sancta* nomen

men vindicaverit, & propterea post Sedem Summam Romanam, *Sancta Sedes Moguntina* Dignitate ab ipso Pontifice Maximo Gregorio III. coonestata, atque sic à cæteris Germaniæ Archi-Episcopatibus, tanquam omnium maximus & præcipuus insigniore, & pleno venerationis Elogio distinctus fuerit. LEHMAN. *Chron. Spirens. Lib. 1. Cap. 18.* Undemirandum non est, quod ipsa Urbs Moguntina, quæ propter amplissima ornamenta à SERAR. *L. 1. Cap. 12. seqq.* latius proposita. *Civitas Augusta Nobilitatis: item Nobilissima, tam per Pontificalem Primatum divo apice, quam per Regni fastigium mundi culmine gloriosa, omnique prorsus coronata dignitate: nec non Regina: Egregia & generosa: imò Aurea* à GOSWIN. *Lib. 1. C. 27. & 28.* LIGURIN. *Lib. 1. v. 380. seqq.* & porro *Domina urbium* à SIGEHARD. *Epist. ad Conrad. S. Alb. Abbat.* compellatur, sese ipsam Sanctissimæ Ecclesiæ Romanæ *specialem filiam* nominet; ita enim in Sigillo Civitatis, veteri ac majori dicto, inscriptio habet: *Aurea Maguntia, Romane Ecclesiæ Specialis Filia.* Quod Sigillum exhibet GEORG. CHRISTIAN. JOANNIS. *in Addend. & emendand. ad Serar. pag. m. 1000.* Et hinc etiam enati sunt vulgati versus à SERAR. *Lib. 1. Cap. 15.* sub finem adducti:

*Aurea sum Villa, Moguntia nomine dicta;  
Mundi Matrona, Specialis Filia Romæ, &c.*

Quod insigne *Filiæ Specialis Romæ* encomion aliunde sibi conciliare non potuit, quam à celeberrimo Sacro-Sanctæ religionis & pietatis fervore, per Sanctos Præsules infuso, ac  
fin-

singulari Divinae Gratiae assistentia dilatato; siquidem Divi hujus  
 S. Sedis Antistites tanquam integerrimi Operarii, singulari in-  
 dustria, indefessoque pro Lege & Grege labore, messem Domini  
 curantes, forma Gregis facti sunt, tantaque vitae sanctimonia  
 claruerunt, ut ex primis XL. Episcopis, qui in caelitem nume-  
 rum relati, *Sanctique* titulo publicè ornati sint, XX. commemo-  
 rentur, praeter eos, quos passim fama sanctitatis praestantes  
 sua fata tulisse constat; à quibus optimus virtutum odor in  
 subsectorum animos sese diffudit, veræque pietatis Zelo eos  
 in tantum usquequaque accendit, ut, qui Divina Divorum  
 Praesulum pascebantur doctrina, in illorum velut unici  
 exempli mores sese efformare studerent; & hinc non im-  
 merito ROTGER. *in vita S. Brun. Archi. Ep. Colon.* praclaro  
 testimonio, *Moguntiae religionis sinceritatem vigere*, corrobora-  
 ravit.

## §. VI.

Novum, cum ipsa *Sanctitate* connexum, S. Mogunti-  
 nae Ecclesiae adjecit Ornamentum *Ss. Martyrum*, in eadem  
 pro Sanctissima CHRISTI religione occumbentium *Gloria*, &  
 aliorum inter tot Gentilium in Christianos tragædias, tot &  
 tam variorum hæreticorum furores & imposturas *invictis-  
 sima Constantia*, quæ licet omnium facile præstantissima  
 ejusdem laus esse possit, in eam tamen longius excurrere,  
 instituti ratio non permittit. Interim silendæ non sunt  
 horrendæ Hunnorum, Arianorum, & cæterorum sectario-  
 rum persecuciones, gravissimique errorum, tumultuum, di-  
 reptionum, ac incendiolorum imperus, quibus S. Moguntina  
 B. Eccle.

Ecclesia cum universo sibi commisso grege, à primo exordio per tot sæculorum vices, tot Imperiorum rerumque mutationes tentata & conquassata, sanctisque Præsulibus spoliata, nunquam tamen penitus convulsa fuit; notabilis præter alia hanc in rem est Breviarii moguntini die 16. Junii Lectio: Quo tempore (in quinto scil. Christi Sæculo) Hunnorum frequentes incursiones Rhenanas provincias infestarent, omnesque CHRISTI Ecclesias Ariana perfidia miserabiliter perturbaret: contigit inter ceteros B. Aureum Moguntina Sedis Episcopum, doctrina & Sanctitate celeberrimum, ipsa Sede sua Pontificali atque urbe pelli. Quem in exilium profecuta est soror ejus Justina sacra virgo, unâ cum aliis quibusdam orthodoxis hominibus. Postquam autem barbarorum & infidelium crebris istis incursionibus tota eversa civitas esset: tandem Episcopus reversus, ac dispersas oves colligens, omnia boni Pastoris munera diligenter obire cœpit. Id cum Arianis, ex inveterato erga Catholicam fidem odio, perquam molestum esset, opportunitatem nacti, Præsulem in Altari Sacra facientem crudelissimè cum sorore trucidant, atque in puteum vicinum precipitant.

## J. VII.

Non minora invincibilis in Fide Christiana Constantiæ exempla leguntur in aliis sæculis, præsertim etiam in vita S. MAXIMI, supremi moguntinorum in sæculo IV. Præsulis, quo in tota Germania eo tempore non est inventus Pontifex doctior sanctiorque, qui supra firmam divini amoris petram fundatus nullas hæreticorum persecutiones formidavit, septies licet sui Pontificatus tempore ab impiis Arianis Urbe

Urbe Moguntina pulsus, septies tamen Divina Providentia restitutus, eo quod nunquam animo dejectus, nunquam victus, sed incredibili patientia præmunitus malorum omnium adversitates superaret; ea tunc agebantur tempora, quibus, nisi optimus, nemo fuit Christianus: crudelitas tanta sæviebat, ut neque Summi Antistites, nec ministri Domini Sacerdotes, in urbibus aut vicis publicè comparere auderent, sed cum suis oviculis ad nemora secedere coacti fuerint, & in speluncis ac cavernis montium latitantes, inedia, fame ac siti ultra, quàm credi potest, afflicti, longum pro Fide CHRISTI Martyrium invicta perseverantia sustinerent. Insigne porro est testimonium, quod D. HIERONYMUS *ad Gerontiam*: de constantia Moguntinorum in Christiana pietate & cultus divini fervore profert, cum inquit: *Moguntiacum, nobilis quondam civitas capta, atque subversa est: Et in Ecclesia multa hominum millia trucidata.* En locum & tempus, quo à deterrimis fidei hostibus invasi hoc modo Moguntini, & constantissimi pro sancta religione contrucidati sunt; non enim in campis lusitantes, non in cauponis potitantes, sed *in Ecclesia* Divina celebrantes mysteria, sacrarum instar hostiarum ad ipsas Domini aras occisi sunt, iique non aliqui saltem, non centum aut mille, sed *millia, & quidem multa millia*, sine distinctione ordinis, sexus & ætatis, ideoque & hinc facile credendum, in Ecclesia illa *Sacerdotes & Clericos*, religione, devotione, facerrimaque pertinacia populum confortasse, ut viri ac fœminæ, adolescentes & pueri, virgines & puellæ, unâ omnes barbarico ensi sese submiserint.

rint. Quantum igitur hoc est Moguntinorum in prisca Christiana virtute, pietate, & sancta fide constantiæ exemplum?

§. VIII.

Aliud porro, quovis auro pretiosius, S. Sedi Moguntinæ parit Ornamentum continua, pulcherrimo ordine contexta, nec ullo unquam tempore interrupta *Series omnium Summorum Antistitum, tum Episcoporum, tum Archi-Episcoporum & S. R. F. Electorum*, qui Ecclesiæ Moguntinæ præfuerunt, quos à primo usque ad novissimum, & ab ipso Apostolico ævo ad nostram usque ætatem, præsentemque diem numerat, ac numeratos orbi commonstrat universo; cum verò illa Moguntinorum Præsulum Series cum vita & factis eorum à multis Autoribus, quos recenset JOANNIS *in præfat. ad Serar.* quibus addi meretur P. GREGORII KOLB. *Series Ep. Archi-Ep. Mogunt. an. 1725. edita.* jam varie descripta sit, Nomina saltem eorum in triplicem periodum redacta, juxta sæculorum numerum adscribere placet: numerantur autem in Periodo I. Episcopi XL. Sequentes: in Sæculo I. D. CRESCENS. In Sæculo II. D. MARINUS. D. CRESCENTIUS. S. CYRIACUS. S. HILARIUS. S. CELSUS. S. LUCIUS. S. GO- THARDUS. S. SOPHRONIUS. S. HERIGERUS. S. RUDGERUS: In Sæculo III. S. AVITUS. S. IGNATIUS. S. DIONYSIUS. S. RUTHBERTUS. S. ADELHARDUS. In Sæculo IV. S. LUCIUS. S. MARTINUS. D. MAXIMUS. D. SIDONIUS I. In Sæculo V. D. SIGISMUNDUS. LUPOLDUS. NICETIUS. MARIANVS. D. AVRÆVS. EUTROPIUS. S. ADELBERTVS. RATHERICUS. In Sæculo VI. ADELBERTUS II. LANDEFRIDUS. RVTHARDVS. SIDONIUS II. In Sæculo VII. WILBERTUS. LUDEGASTUS. RUD- HEL.



HELMUS. LVDWALDVS. LEOWALDUS, in sæculo VIII. RICH-  
BERTVS. GEROLDVS. GERVILIO. In Periodo II. conspiciuntur  
XVI. Archi-Episcopi: & quidem in eodem adhuc Sæculo VIII. S.  
BONIFACIUS. S. LULLUS. In Sæculo IX. RICHOLPHUS;  
EISTULPHUS. OTTOGARUS. D. RABANUS. CAROLUS.  
LUITBERTUS. SUNZO. HATTO I. In Sæculo X. HERIGE-  
RUS. HILDEBERTUS, FRIDERICUS. WILHELMUS. HAT-  
TO II. RVPERTVS. In Periodo III. *Archi-Episcopi* simulque  
*S. R. J. Electores* eminent: adhuc in Sæculo X. S. WILLIGISI-  
VS, In Sæculo XI. ARIBO I. ERCKENBALDVS. ARIBO II. D.  
BARDO. LVIPOLDVS. SIGFRIDVS. WEZILO. RVTHAR-  
DVS. In Sæculo XII. ADELBERTVS I. ADELBERTVS II.  
MARCOPHVS. HENRICVS I. ARNOLDVS. CONRADVS.  
CHRISTIANVS I. In Sæculo XIII. SIGFRIDVS II. SIGFRIDVS  
III. CHRISTIANVS II. GERARDVS I. WERNERVVS. HENRICVS II.  
GERARDVS II. In Sæculo XIV. PETRVS. MATHIAS. HENRICVS  
III. GERLACVS. JOANNES I. ADOLPHVS I. CONRADVS II.  
JOANNES II. in Sæculo XV. CONRADVS III. THEODORICVS DIE-  
THERUS. ADOLPHVS II. ALBERTVS I. BERTHOLDUS. In  
Sæculo XVI. JACOBUS. URIEL. ALBERTVS II. SEBASTIA-  
NUS. DANIEL. WOLFGANGUS. In Sæculo XVII. JOANN:  
ADAMVS. SCHWICARDVS. GEORG: FRIDERICVS. ANSELM:  
CASMIRVS. JOAN: PHILIPPVS. LOTHAR: FRIDERICVS.  
DAMIAN: HARTARDVS. CAROL: HENRICVS. ANSELM:  
FRANCISCVS. LOTHAR: FRANCISCVS. cui in sæculo præfenti  
XVIII. successit *Eminentissimus ac Serenissimus* FRANCIS-  
CVS LUDOVICVS, *Archipræsul* unâ pluribus par Ecclesiis,  
& Prin-

& Princeps principatibus, quem Deus Ter Opt. Maximus per longissimam annorum Seriem felicem sospitare velit. Tot verò Summorum nominum, tot morum sanctitate, miraculorum claritate, virtutum ac doctrinæ præstantia conspicuorum Præsulum recordatio & Eorum cum Ss. Apostolis indissolubilis unio, quem in admirationem non rapiat ac amorem, ut sanctissimam illam fidem & doctrinam omni studio complectatur, quam verustissimi, Sanctissimi spectatissimique Apostolorum discipuli, successores ac in vita & morte imitatores, majoribus nostris tradiderunt, & sanguine suo consignarunt, nobisque per tot temporum vicissitudines, mutationum æstus & Euripos reliquerunt, hæctenusque conservarunt.

## §. IX.

Insignem præterea gloriam S. Sedi Moguntinæ accessisse indubium est, quando supremi Archi-Episcopus dignitate fuit condecorata, quod S. Bonifacii ætate factum; Hunc enim Moguntinorum Archi-Episcoporum primum fuisse, una omnium vox est; verum non in solo Archi-Episcopatus fastigio honor ille substitit, sed tam singulari insuper incremento auctus fuit, ut Ecclesia Moguntina in totius Germaniæ Metropolim sublimata, præ universis aliis in Germania Ecclesiis *Primatam* obtinuerit; Unde maximus semper in Germania præ cæteris omnibus honor Archi-Præfuli Moguntino fuit habitus, quod innuunt verba MARIANI SCOTI *Lib. 3. Chronic. et at. VI. ad Ann. 750. apud PISTORIUM, de Scriptor. Rev. German. pag. 437.* hoc modo relata: *Pipinus verò in Civitate Suesionum, à S. Bonifacio Archi-Episcopo (Moguntino) in Regem unctus,*

*sanctus, Regni honore sublimatus est, & deinde ob id, post Papam  
 secundus habetur Moguntinus Archi. Episcopus usque in hodi-  
 ernam diem. Quod ulterius confirmat ONUPHRIUS PAVINUS,  
 de Comitibus Imp. cap. 7 pag. 118. in verbis: Arnolphus, Ejus filius,  
 Ludovicus IV. & Conradus I. Reges coronati sunt & consecrati ab  
 Archi. Episcopo Moguntino, à quo etiam Pipinus, Rex Fran-  
 corum, & Pater Caroli M. primò, deinde Ludovici Pii Im-  
 per. filii, Ludovicus & Carolus III. Reges Germaniæ, vel Fran-  
 corum Orientalium coronati fuerant. Hos autem Reges ideò à  
 Moguntino Archi. Episcopo coronatos fuisse crediderim, quod  
 ipse TOTIUS REGNI GERMANIÆ METROPOLITANUS  
 esset. Apprime huc facit egregium effatum JOACHIMI  
 VADIANI S. GALLENSIS CONSULIS. De Collegiis monaster. Ger-  
 man. veter. Lib. 1. cap. 5. cum inquit: Non solum Episcopi,  
 & Archi. Episcopi, sed etiam Pontifices, ac summi quidem, vo-  
 cati sunt, cum hodie Romano Pontifici soli id nomen tribuatur,  
 vulgatissimum ante præsulibus omnibus, præcipuè autem MO-  
 GONCIACENSI, CUI SUMMUS SEMPER, INTER GER-  
 MANIÆ EPISCOPOS, HONOS HABITUS EST, ac post  
 Eum, Treverensi & Colonensi. Cui concordat testimonium  
 WITICHINDI Lib. 1. Annal. ubi de Moguntino dicit: Cumque  
 Ei (OTTONI I.) Unctio offerretur cum diademate à SUMMO PON-  
 TIFICE. Item Lib. 2. Annal. ait: Deinde summi Pontificatus  
 Moguntiacæ Sedis fastigium promeruisse. Ipsum etiam S. Sedis  
 Moguntinæ Primatum disertè in sinuat LAMBERTUS SCHAFFNA-  
 BURGENSIS, ad Ann. 1054. in verbis: Imperatoris filius, Henri-  
 cus, consecratus est in Regem Aquisgranis, ab Hermanno Colon,  
 Archi-*

Archi-Episcopo, vix & ægre super hoc impetrato consensu Luitpoldi Archi-Episcopi, ad quem propter PRIMATUM MOGUNTINÆ SEDIS consecratio Regis, & cætera negotiorum Regni dispositio potissimum pertinebat. Idem LAMBERTUS ad ann. 1073. hoc modo repetit: His accensus Archi-Episcopus Moguntinus, cui potissimum propter PRIMATUM MOGUNTINÆ SEDIS eligendi & consecrandi Regis autoritas deferebatur, Principes de toto Regno Moguntiam evocavit. Cum quibus omnibus optimè concordant, quæ in vita S. Bonifacii apud SERAR. Lib. 1. cap. 22. in fin. leguntur verba: Gervilione deposito, S. Bonifacius à Carolomanno & Pipino fratre ejus, Moguntinæ Sedi præficitur, & ut ejus Dignitas esset eminentior, statuerunt iidem Principes, Ecclesiam Moguntinam in totius Germaniæ Metropolim provehere, missaque mox Legatione, à Romano Pontifice id impetrarunt.

§. X.

Quem præminentem, hodie dum adhuc præfulgentem S. Sedis Moguntinæ Primatum ex eo etiam cognoscere licet, quod sub se habeat Suffraganeos Episcopos numero plurimos, & autoritate præstantissimos. Nam cum Trevirensis Archi-Episcopus tantum tres: Metensem, Tullensem, ac Verdunensem, numeret Suffraganeatus; & Coloniensis solum quatuor: Osnabrigensem, Monasteriensem, Leodiensem, & Mindensem sub se Ecclesias Suffraganeas habeat; è contra longè plures Metropolitanam S. Sedis Moguntinæ Jurisdictionem suspiciunt Episcopatus Suffraganei. Ut autem antiquissima tempora sileam, quibus Eidem Pragensis, Bam-

ber-

*bergensis, Olomucensis imò Colonicensis* Ecclesiæ præter alias subjectæ erant, uti partim ex indubitatis documentis probat JOANNIS ad Serar. *Lib. 1. Cap. XXIII. a.*) partim ex Litteris à Pontif. ZACHARIA ad S. Bonifacium datis constat, in verbis: *Authoritate B. PETRI Apostoli sancimus, ut Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus, tibi & successoribus tuis in Metropolim sit confirmata, habens sub se has civitates, id est, Tungris, Coloniã, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem CHRISTI lumen cognoscere fecit.* Quia ob Hierarchici ordinis usum meliorem hæc aliquantulum postea sunt immutata; attamen Archi-Præfuli Moguntino subditi remanserunt Episcopi XII, scilicet: *Wormatiensis, Herbipolensis, Spirensis, Eistettensis, Argentinenensis, Verdensis, Curienensis, Hildesheimensis, Paderborrenensis, Constantiensis, Halberstadensis, & Augustanus.*

## §. XI.

Vnde non immerito totus mirabundus GEORG: WICE-LIVS in præfat. exercit. pietat. Scribit: *Laudum pulcherrimarum cumulus ad Metropolim Moguntiacam ingens redit, quoties contemplantur huic XII. Diæceses, gubernationesque & administrationes in re Ecclesiastica, diversis regionibus planè inclytas jure quodam adharere, atque hoc ipsum agnoscere, nimirum sibi esse huc confugiendum ultro, si qua religionis parte laboretur, quippe, ad unum Diæceten, quem vulgo Diæcesanum appellamus, qui præmineat auctoritate pariter ac dignitate. Nec minus ornate ac verè in Ecclesiæ Moguntinæ singularem præminentiam laudem COCHLÆUS in præfat. in vit. S. Bonifa-*

iii. edicit, quando ait: *Moguntinus Archi-Episcopatus tante amplitudinis est, ut totius Germaniae maximam partem sub Ecclesiastica jurisdictione sua contineat: habens sub se Episcopatus XII. eosque amplos, antiquos & populosos, Monasteriis & Conventibus innumeris adauctos, ad cultum Dei destinatos, tot Jam saeculis à piis majoribus nostris.*

## §. XII.

Ex eadem *Primatus* Dignitate à vetustissimis retrò saeculis promanavit insignis illa prærogativa, & Jus Electum novum Regem Romanorum consecrandi, ungenti ac solenniter coronandi, quod Archi-Præsuli Moguntino, tanquam primo Regni Metropolitano meritò vindicari debuit. Cum enim illud Reges orbis coronandi jus, veluti de reservatis summi Sacrorum Antistitis, in toto ferè orbe custodiri deprehendatur, ac ea propter Rex Hispaniæ ab Archi-Episcopo Toletano, utpote primate Regni; Rex Portugalliæ ab Archi-Episc. Bracarenfi; Galliæ Rex ab Archi-Ep. Rhemenfi, Ecclesiasticorum Principe & Primo Pare Franciæ; Rex Hungariæ à Strigoniensi, Rex Poloniæ à Gnesnensi, Rex Bohemiæ à Pragenfi Archi-Episcopis, alique Reges ab aliis Metropolitanis, Unctionem & Coronam accipere soleant; ita pariter in Imperio nostro Romano Germanico ab antiquissimo tempore Archi-Præsuli Moguntino, ob S. Sedis Primatum competit; quamvis enim in Coronatione Ottonis, I. Trevirensis & Colonienfis eam dignitatem usurpare vellent præ Moguntino Hildeberto, attamen non modò tunc, ut verbis utar WITICHINDI apud PFEFFINGER, *ad Vitr. Lib. 1. tit. 8.*

pag.

pag. m. 891. relatis, uterque eorum *Hildeberti cunctis nota Al-*  
*mitati cessit*, sed & postea Archi-Episcopi Moguntini in jure  
 coronandi permanserunt; siquidem deinceps Otto II. à Wil-  
 helmo; Otto III. à Willigisio; Henricus Sanctus ab eodem;  
 Conradus II. ab Aribone, omnibus Moguntinis præsulibus  
 coronati noscuntur; uti etiam Pipinum Francorum Regem,  
 manu S. Bonifacii Archi-Episcopi Moguntini in Civitate Sues-  
 sionum unctum fuisse, ex antiquis annalibus supra retuli, la-  
 tiusque id ipsum ab *Eminentiss. Electore Moguntino JOANN:*  
*PHILIPPO* in litteris, S. Cæsareæ Maj. Anno 1683. exhibitis,  
 comprobatur, & Ecclesiæ Moguntinæ jus hac in parte de-  
 ductum fuit.

## §. XIII.

Equidem Colonienfis Archi-Episcopus sese opponere,  
 & sacre hujus functionis prærogativam sibi attribuere voluit,  
 non minus ad exemplorum verustatem, quam ad *A. B. Cap. 4.*  
 §. 4. generale testimonium provocans. Ast Moguntinus Archi-  
 Præsul hoc jus sibi rectius iterum vindicavit, asserens *Aurea*  
*Bulle* enunciationem ad solam urbem *Aquisgranensem*, quæ  
 Colonienfis Diœceseos est, si fiat ibidem inaugurationio juxta  
*A. B. Cap. 28. §. 5.* restringendam esse, cum verò in locis  
 extra illam Diœcesin sitis, qualia *Frankfurtum*, item *Au-*  
*gusta Vindelicorum*, & *Ratisbona*, Coronatio celebranda  
 sit, eam non ad Coloniensem, sed se, Moguntinum, quippe  
 totius Regni Primatem, pertinere arguens; quo factum, ut  
 in Maximiliani II. & sequentium Imperatorum inauguratione  
 Moguntinus consecrationis solennia perageret, & quamvis

Coloniensis contra id protestari voluerit, Moguntinus tamen in possessione perseveravit; postquam autem *An. 1657.* in Comitibus Ratisb. ante Coronationem Ferdinandi IV. acerimæ hac de re inter Joannem Philippum Moguntinum, & Maximilianum Henricum Coloniensem, exarsere lites, ad quem nimirum jus coronandi pertineat, si Coronatio non in Diœcesi Coloniensi, sed fortè Moguntina, vel extra utriusque expedienda? permulta ibi pro utraque parte fuerunt allegata, Archi-Episcopo moguntino nihilominus Ferdinandi IV. unctionem & coronationem peragente; scripta postmodum varia hac de controversiâ in lucem prodierunt, MOGUNTINI partes strenuè defendente CONRINGIO in *Affertione jur. Mogunt. in coronand. Regib. Rom.* A scriptis fortè ad alia deventum esset, nisi tandem res mira moderatione, & singulari pacis studio prudentique consilio JOANNIS Philippi Archi-Episcopi moguntini per amicam pactionem *An. 1657. d. 25. Jun.* utrinque initam composita fuisset, scil. eum in modum, ut quilibet eorum in sua Diœcesi, extra utramque verò alternis vicibus officium Coronationis expedirent, moguntino in præminentia signum incipiente. CRÜGER, *de Novemviror. jur. part. spec. m. 2. disc. 3. n. 10.* Et hæc compositio Capitulatione Leopoldi *Art. 37.* Josephi *Art. 36.* Caroli VI, *art. 3.* est confirmata.

## §. XIV.

Cæterum notare hic expedit, quoniam à paucis notari video, distinctionem faciendam esse inter *Consecrationem* ipsam, de qua hic proprie quæstio est, & inter *Coronationem*,  
sive



sive *Coronæ impositionem*: illa enim ab eo solo peragitur, ad quem per ea, quæ dicta sunt, Inauguratio pro tali vice spectat; ad hanc autem usu notorio, adjuvandi causa, etiam reliqui Archi-Episcopi Electores concurrunt; ita siquidem Carolo V. omnes tres Archi-Episcopi Coronam simul dederunt, item Josepho Regi Romanorum, Augustæ Vindelicorum per Archi-Episcopum Moguntinum consecrato & inuncto, tres Archi-Præfules, *Anselmus Franciscus* moguntinus, *Josephus Clemens* Colonienfis, & *Joannes Hugo* Trevirensis, Diadema Regium communi opera imposuerunt. CRÜGER: *dict. loc.*

§. XV.

Tum autem demum Archi-Præfulei moguntino, & nunc suo modo Colonienfi, hujus coronandi dignitatis exercitium competit, si non tantum Infula, sed & pallio Archi-Episcopali insignitus sit; proinde si casu coronationis eveniente nec Moguntinus, nec Colonienfis Archi-Episcopale Pallium haberet, neutri facultas unguendi permitteretur; Nam, licet Coronatio actus per se videatur politicus, prout tamen cum Consecratione & Unctione conjuncta est, non nisi muneris est Episcopalis, *Can. quoniam quid. Dist. 110.* quod Archi-Episc. ante receptionem Pallii non exercent, cum ea, quæ ordinis Episcopalis, & in Pontificalibus Ornamentis, vel inter Missarum solennia peragenda sunt, uti hæc est Consecratio, sine pallio expedire nequeant. *Cap. 28. §. super eo. X. de Election.* ENGEL. *de Auth. & usu Pall. n. 5.* HERMES. *Fascic. jur. public. Cap. 10. n. 9.* Tali igitur in casu Archi-Episcopus Trevirensis, aut eodem

pariter impedito, alius officium Consecratoris peragere deberet; sic enim, referente DITHMARO, FRIDERICUS II. Imp. à Theodoro Sedis Apostolicæ Legato coronatus est; quæ etiam causa fuit, quod, cum *Ann. 1630.* Eleonora Augusta Mantuana coronanda esset, & neque Anselmus Casimirus, Moguntinus, neque Ferdinandus, Colonienfis, infula legitima gauderent, illa Coronatio Philippo Christophoro, Trevirensi, demandata sit. THULEMAR. *Octovir. Cap. 25. n. 31.* SCHWEDER. *Jur. publ. part. spec. Sect. 1. C. 2. §. 33.*

§. XVI.

Porro, quemadmodum pro speciali S. Cæsareæ Maj. reservato jure reputatur, vi cujus Imperator, Romanor. legitime electus ad Beneficia in Eccl. Germaniæ vacatura, vel vacantia, personas idoneas nominare potest, quibus Ordinarii, vel alii, ad quos collatio pertinet, Beneficia illa, si intra mensem acceptaverint, conferre tenentur; quæ nominatio nomen primarum seu Primariarum precum sortita est, vel quia in qualibet Ecclesia est prima & unica, i. e. uni eidemque Imperatori non nisi unica vice in singulis Ecclesiis hoc jus exercere licet; vel quia præfertur cuilibet alteri nominationi, præsentationi aut collationi. HERMES *Fascic. jur. publ. cap. 11. n. 6.* ita pariter pro singulari quodam S. Sedis Moguntinæ privilegio haud immerito haberi debet, quod post obitum alicujus Archi-Præfulis, novus successor etiam in exordio sui Regiminis Archi-Episcopalis, in Ecclesiis S. Sedi Moguntinæ immediatè subjectis, ejusmodi primas preces concedere, & per eas jus ad vacaturas Præbendas, Canonicatus, aliaque Beneficia, & Dignitates, personis idoneis efficaciter tribuere valeat. Quod in-

infigne jns ut aliorum Autorum, quos enumerat PFEFFINGER *Ad Vitriar lib. 3. tit. 10. §. 32. pag. m. 747. n. 11.* Testimoniis suffulciatur, eò minus necesse erit, quo certiori ac prorsus indubitata antiquiorum æquè, ac novissimorum temporum praxi, & in hodiernum usque diem continuato usu ejusdem observantia corroboratur, id quod ex tenore primarum precum, non ita pridem à Moderno Eminentiss. ac Sereniss. Archi-Præsule Moguntino, post gloriosissimi Regiminis Archi-Episcopalis susceptionem, ad Ecclesias subjectas emisarum patescit, quarum formulam, prout hujatis Ecclesiæ Colleg. B. M. V. Capitulo per precistam exhibitæ sunt, pro illustratione hujus argumenti subjicere volui, sequentem in modum:

*DEI Gratia Nos FRANCISCUS LUDOVICUS, S. Sedis Mogunt. Archi-Episc. S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarius, & Princeps Elector &c. &c. honorabilibus, devotis Nobis, in Christo dilectis, Præposito, Decano, & Capitulo Ecclesiæ nostræ Colleg. B. M. V. in Civitate nostræ Erfurtensi salutem in Domino sempiternam; Cum secundum antiquam laudabilemque consuetudinem, diutissime observatam felicis recordat. Prædecessores nostri Archi-Episc. Moguntini post initia Inthronisationum, ad Collegia, Conventus & personas quaslibet, quibus de beneficiis Ecclesiast. disponendi jus esset, Preces suas primarias emittere consueverint in favorem eorum, quos dignos statuissent, ad consequendum Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aliaque Beneficia, ad dispositionem eorundem Collegiorum, &c. spectantia, atque hujusmodi Precibus à Collatoribus, & Collatri-*

eibus præfatis meritò paritum fuerit, reverenterque, ut decuit,  
 datus sit locus; & indè majorum vestigia, solitumque, Bene-  
 ficiorum officium prosecuti Nos Primarias Preces nostras in fa-  
 vorem venerab. & illustr. devoti Nobis pariter in Christo dilecti,  
 & fidelis Friderici Wilhelmi L. B. à Bieken, Ecclesie Nostræ  
 Metropol. Mogunt. Canon. Capit. Consilarii Nostræ intimi, & in  
 prædictâ Civitate Nostrâ Erfurt. Locumtenentis contulerimus,  
 is verò easdem preces in favorem N. cedere decreverit, & actu-  
 aliter cesserit, ac ad Manus Nostras resignaverit, quam quidem  
 cessionem & Resignationem Nos porrò ratam, gratamque habui-  
 mus, & acceptavimus; idcirco vos hortamur, quinimò in vir-  
 tute S. obedientiæ requirimus, ac pro jure Ecclesie Nostræ man-  
 damus, ut præfatum N. virtute hujusmodi primariarum pre-  
 cum ad Beneficium Ecclesiasticum de vestrà ordinatione, No ni-  
 natione, seu quavis aliâ dispositione conjunctim, vel divisim  
 existens, si quod vacat ad præsens, vel quam primum vacave-  
 rit, & prænominatus N. per se, vel per suum procuratorem  
 duxerit acceptandum, etsi Canonatus, & Præbenda, vel aliud  
 quodcumque fuerit, cum vel sine dignitate, aut officio admitta-  
 tis, nominetis, illud eidem conferatis, aut de eodem provideatis,  
 eundemque in realem, actualem, vel corporalem possessio-  
 nem inducatis, & inductum defendatis, facientes illi de rediti-  
 bus, fructibus, Juribus, & appertinentiis plenariè responderi  
 &c. in iis omnibus debitum Reverentiæ, & obedientiæ, cate-  
 nus præstituri, ut apud nos de contemptâ Contumaciâ, & pro-  
 merito obedientiæ vestræ Jure possitis commendari &c. consum-  
 matis tamen semel precibus nostrum jus in reliquis Nobis per ex-  
 pressum reservamus. *Data ex Arce Sancti Martini, in civitate*  
*Nostræ*

Nostrâ Moguntinâ, die 20. Jul. Ann. D. 1729. Ex quibus insuper apparet, quod hæ preces Archi-Episcopales in plerisque cum Cæsareis conveniant, proinde ad dubia, circa eandem executionem emergentia, illa, quæ de precibus Cæsareis à juris publici Scriptoribus paulò latius exponi ac disquiri solent, facillè transferri & applicari possunt, momente HERMES Fascic. jur. publ. Cap. 17. n. fin. plura de aliis pluribus Sacris S. Sedis Moguntinæ Ornamentis & prærogativis ut addere omittam, non materiæ defectus, sed altera brevissimæ licet, præsentis academicæ disquisitionis pars exigit, quam præeminentibus ac singularibus Archi-Episcopatu Moguntino annexis juribus ordinis ratio reliquam esse voluit.

CAPVT II.

DE EMINENTISSIMI ARCHI-PRÆ-  
SULIS, PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI  
PRÆEMINENTIBUS ac SINGULARIBUS JURIBUS ET  
PRÆEROGATIVIS CIRCA SECULARIA SEU  
POLITICA.

§. I.

**I**mediata Imperii Romano-Germanici Membrâ & ea quidem, quæ jure Sessionis ac Suffragii in Comitiiis gaudent, atque ob id Ordines sive Status Imperii appellari solent, à multo jam tempore in tres Classes aut Collegia, Electorum scilicet, Principum, nec non Civitatum Imperialium

D

distri-



distribui consueverunt; Quoniam autem tempore primitus factum, ut peculiari & distincta a Principibus Classe in Comitibus & Consultationibus Imperii agerent Electores, nondum satis constat; siquidem separatam Electorum Curiam demum An. 1489. in Comitibus Francofurtensibus sub Imp. Friderico III. enatam esse, ex LEHMANNO adstruit ARUM. de Comitibus cap. 4. n. 30. LYNCKER, de Consens. Elector. §. I. MAURIT. de Recess. Imper. Th. 18. AUTOR der Grundveste des H. R. Reichs. p. 2. cap. 3. Et contra distinctionem Ordinum in tria diversa Collegia dicto anno 1489. longè antiquiorem esse, & evidentissima argumenta separatæ consultationis Electorum a principibus, hinc inde ex *Aurea Bulla* sumi posse rectius contendit BOECCLER. Notit. Imp. Lib. 21. cap. 1. & multis aliis Documentis confirmat PFEFFINGER ad Vitruv. lib. 3. tit. 8. §. 2. lit. a.

## §. II.

Ipsa vero Electorum Origo, ac competens iis potestas, regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, private exclusis omnibus aliis Imperii Proceribus eligendi, unde etiam *Electorum* nomine insigniti sunt, a quo sæculo, quoque anno petenda sit, tanta Historicis inter & publici juris doctores contentione certarum hucusque fuit, ut multi quidquam certi in eadem definire penitus desperent; aliis interim ad tempora Caroli M. plerisque ad ætatem Gregorii V. Summi Pontificis, & Ottonis III. Imperatoris; quibusdam ad annos Ottonis IV. nonnullis ad iustria Friderici II. non paucis ad solum usum & consuetudinem provocantibus, aliis aliter sentientibus; uti videre est apud HERMES in *Fascic. jur. publ.* cap.

cap. 16. VITRIAR. *Inst. jur. publ. lib. 1. tit. 13. n. 3.* SERAR. *Rer. Mogunt. lib. 1 C. 26. seq.* KIEFFER. *de Elector. orig. & potest. quest. 4.* quam litem ab aliis copiose ventilatam, quia ab instituti præsentis ratione longius abit, intactam relinquere cogor, hoc unico saltem addito, quod Moguntini Annales & Catalogi primum suum Electorem S. WILLIGISIUM laudent, & ab eodem continuam Electorum suorum seriem deducant; Is verò *An. 1011.* mortem obiit, postquam *Anno 1002.* S. Henricum Imp. unâ cum Electoribus aliis elegisset. Unde enata est illa vetusta & pervulgata, ac non nisi novis temporibus impugnata opinio, scilic. Gregorii V. & Ottonis III. ævo, circa Domini *Annum 1000.* institutam esse dignitatem illam Electoratûs, quem olim à numero *Septemviratum* dixêre, & hodie ab eodem aucto *Novemviratum* compellamus.

S. III.

Non solum autem Electores tam in Conventibus & Comitibus Universalibus, quam extra ista, & in Ordinariis Imperii Deputationibus, peculiare ac separatam Corpus & Collegium constituunt, non obstantibus iis, quæ plus vice simplici, & præsertim in Comitibus *An. 1673.* contra illud à reliquis Principibus ac Statibus disputata & prolata sunt; utpote quibus illa Electorum separati Collegii Autoritas in Oligarchiam quandam erumpere, sine sufficienti tamen ratione, visa fuit; vid. CRÜGER. *de Novemvir. part. spec. memb. 1. disc. 3. n. 4.* verum etiam principem inter universos Imperii Ordines locum obtinent, ac plurimis pro Dignitate ac splen-

dore Electorali insignibus privilegiis præ aliis Principibus condecorati sunt, quæ ipsis ex antiquissimo usu, & succedanea Aureæ Bullæ, aliarumque Legum, Decretorum & Receptum Imperii ordinatione competunt, ac longa serie recensentur à VITRIAR. ejusque illustratore PFEFFINGERO, *Lib. 3. tit. 8.* SCHWEDER. *part. spec. sect. 2. cap. 2. n. 5. seqq.* BESNECKER. *Jur. publ. prud. part. 2. cap. 1. §. 5.* STRUV. *S. J. publ. Diss. 16. §. 14. seqq.*

## §. IV.

Neque id mirum cuiquam videri debet, quod tam variis & amplissimis Juribus cæteros Imperii status præcellant Electores; omnino enim Collegium Electorum cardinem quasi tenet Imperii, quo sine tantum corpus nec librari, nec Monarchici juris fastigium cum libertate Ordinum contineri, volvi que posset, nisi in tanta Processu copia, totque Eorundem diversis studiis, ex illis aliqui, & præcipui quidem, Imperatoriæ Autoritati propius assisterent, variis pro Dignitatis suæ Eminentia juribus & prærogativis instructi; Et hæc ipsa ratio est, quod Eminentissimi ac Serenissimi Principes Electores dicantur Palmites Imperiales: Septem Candelabra in unitate Spiritus septiformis lucentia ad sacrum illuminandum Imperium, *A. B. in proæm. ad similitudinem septem lucernarum, quas Dominus mandavit Moyfi ponere super candelabrum. Exod. 25. vers. 37.* item Membra propinquiora Sacri Imperii. *A. B. C. 2. §. 8.* Membra intima Cæsaris; Columnæ principales Imperii. *Capitul. Leopold. Art. 46.* Columnæ proceres, quæ sacrum ædificium sustentant, & quorum præsidio dextra Imperialis poten-



potentiæ roboratur. *A. B. C. 3. §. 1.* Bases solidæ Imperii, & Columnæ immobiles. *A. B. C. 12. §. 1.* Pars Corporis Imperatoris: Cæsareæ sublimitatis Assistentes, & in partem sollicitudinis constituti. *A. B. C. 24. pr. C. fin. §. 1.* quæ gloriosa Elogia ferme conjunctim producuntur à Sigismundo Imp. in litteris investituræ, Electori Saxonæ Friderico Anno 1426. datis, teste HORTLED. *de Caus. Bell. Germ. L. 4. C. 9.* ibi: Wann wir allezeit betrachtet haben, daß Uns und dem Heil. Römisch. Reich unbeckemlich wäre, wo die Zahl der sieben Churfürsten, sintemahl dieselbe ein Theil Kayserl. Leibes, ja des Reichs soderste Glieder, und als feste und unbewegliche Säulen seynd, daraufes gebauet ist, unerfüllet bleiben solte. Quibus addi merentur verba, quæ Elector Moguntinus in litteris, ad Saxonem & Brandenburgicum Electores Ann. 1623. scripsit: Das Churfürstl. Collegium ist das Haupt-Fundament, darauf so wohl das Haupt, als die Glieder, und also die ganze Substanz des Reichs beruhet.

## §. V.

Tametsi verò perquam eminentia ac conspicua sint illa jura, quibus splendidissimus Electorum Ordo, tanquam si primum post Imperatorem & Regem Romanorum dignitatis ac potestatis fastigium obtinens, inter universos Imperii proceres præfulget; nihilominus tamen Eminentissimus S. Sedis Moguntinæ Archi-Episcopus non solum ea omnia & singula participat, sed & præterea in hoc ipso Electorum Ordine seorsim adeo peculiaribus & præ eminentibus honoribus, juri-bus ac prærogativis coruscat, ut in iis neminem sibi parem & æqualem habeat, Ipse verò præcipui ac eximii loco eadem

sibi soli propria vindicer; quæ dum pro infracto veritatis studio breviter percurrere intendo, nulli sane Principum de sua Dignitate; nullique Electorum de sua Eminentia quidquam detractum, sed hoc tantum dictum volo, quod, licet cæteri omnes Germaniæ Electores in excelsa Autoritatis & præstantiæ gradu subsistant, inter omnes tamen Moguntinus iterum præcellentia quadam & magis insigni splendore præmineat.

## §. VI.

Et quidem, cum dignioribus dignior semper locus debeatur, nemini dubium relinqui poterit, singularem Moguntini Electoris Dignitatem & præminentiam denotari per primum tanquam digniorem locum, quem non tantum, ut supra *Cap. 1. §. IX.* dictum, quæ Archi-Episcopus & totius Germaniæ Metropolitanus, inter universos Germaniæ Præsules habet, verum etiam quæ Elector & Archi-Cancellarius per Germaniam, inter quoscunque tam Ecclesiasticos, quam sæculares Imperii Electores, velut primus ab Imperatore Princeps, obtinet, de quo ipsi nemo, ne Rex Bohemiæ quidem, controversiam movet; unde non mirum, quod ab ipso Maximiliano Imperatore in privilegio, sub dato *Freyburg in Breißgau. 14. Jul. Anno 1498.* Electori Moguntino, circa capturam delinquentium in alieno territorio, concessio nominetur *Obrister Churfürst*, in verbis: *Wie uns, und dem Heil. Reich an einem Erz-Bischoff zu Maynz, als Erz-Canzlern, und Obristen Churfürsten, mercklich gelegen ist. Quod extat apud LUNIG. in spicileg. Eccles. part. 1. Cont. 1. cap. 2. Tit. Maynz §. 107.* similem præferen-

ferentia notam ponit, quod Collegii Electoralis *DECANUS* audiatur, atque non solum hoc elogio ab Imperatore Sigismundo in litteris ad Conradum Moguntinum Anno 1426. datis maectetur. LONDORP. *act. publ. Tom. 1. Lib. 1. cap. 5. n. 22.* verum etiam in litteris Friderici III. Imp. An 1444. in Comitibus Norimbergæ ad Theodoricum Moguntinum emissis, nominetur ein *Dechand und Vorgeher der Churfürsten; der auch die größte Provincien aller Teutschen Landen hat.* à quo non multum differt effatum SLEIDANI *Lib. 1. de stat. Religion. ad Ann. 1518.* quando inquit: *Moguntinus Archi-Episcopus Principum Electorum primus est, ac veluti Consul Perpetuus antiqua consuetudine; ne* Et licet vox *Decani* displiceat COCCEJO in *prud. jur. publ. Cap. 10. §. 11.* eo quod sola Collegia Ecclesiastica, quale non est Electorale, Decanum habeant, in Regni autem Collegiis non Decani, sed Directores audiant; rectè tamen monet SCHWEDER. *jur. publ. part. spec. sect. 2. C. 4. n. 1.* BARBOS. *jur. Eccl. Lib. 1. cap. 26. n. 1.* Decanum olim dictum, qui de- nis præfuit, inde postea nomen hoc ei tributum fuisse, qui præcipuo sive primo inter aliquos ejusdem Ordinis vel Collegii loco habebatur; quapropter antiquis temporibus & jam ante conditam A. Bullam Archi-Præfules Moguntinos sese ipsos *Electorum Principum Decanos* compellasse ex antiquis documentis testatur BERNH. à MALLINCKROT. *de Archi-Cancellar. S. R. I. Cap. 4.*

## §. VII.

Insignem illum & vetustissimum inter Electores Primatus honorem non parum confirmat Constitutio Alberti I. Imperatoris, sub dato *Rotenburg. IX. Kal. Octobr. An. 1298.* in verbis

verbis : Publicè diffinimus , ad universorum notitiam luculentam, quod venerabilis Gerhardus, S. Moguntine Sedis Archi-Episcopus, S. J. per Germaniam Archi-Cancellarius sui que post eum Successores, in ordinè & honore processions, Sessionis, nominationis & scriptura, ratione Archi-Cancellaria per Germaniam, inter Principes, esse debent & locari priores, non obstante, quod in Decreto Electionis Nostræ, nuper ab Illustribus Alemannia Principibus celebratæ, supra dictus Gerhardus Archi-Episcopus ordine præpostero, seu turbato, post Ven. Boëmundum, Treverensem Archi-Episcopum, tam scriptura, quam figura, positus invenitur, per errorem facti, quem in hac parte scienter damnamus, ne trahatur in consequentiam ullo modo & c. Conf. LVNIG. in Spicileg. Eccles. Part. 1. Cont. 1. Cap. 2. Tit. Maintz. §. 50. pag. 45. Exceptio quidem occurrere videtur in Coloniensû Archi-Episcopo, quia ls juxta tenorem A. B. Cap. 3. §. fin. item Cap. 21. in fin. in suis Diocæsis & Provincia, ut & Italia & Gallia à latere dextro Imperatoris sedendi jure frui dicitur. at ille admodum restrictim concessus Coloniens, si locus Primatui Electoris Moguntini nihil officit, cui alias maximus semper inter omnes in Germania fuit honos,

## §. VIII.

Ex quo facile colligitur, Electoris Moguntini Præminentiam, unde fere omnia reliqua jura singularia & præstantiæ illius promanant, potissimum resplendere in primario Imperii Archi-Officio, quod ARCHICANCELLARIATUS per Germaniam dicitur, quo ab antiquissimis & primis fere Reipublicæ initiis gaudet ac perfungitur. Originem verò

verò *Archi-Officiorum Imperii*, quibus Electores singuli condecorati sunt, hoc modo deducit COCCEJUS *in jur. publ. prud. Cap. 10. §. 3. seqq.* nempe veteri Germaniæ instituto duplicia erant, quibus Rempb, Reges moderabantur, Officia: *Cancellariæ* alia, alia *Aulæ*. Qui *Cancellariæ* (loco iudicii publico, à cancellis, quibus vulgus ab ingressu præcluditur, ita cognominato) præpositi erant, decidendis civium negotiis vacabant, & *Cancellarii*, seu *Capellani* (à *Capella*, quod cum *Cancellariæ* vocabulo paria facit) horumque primarii *Archi-Cancellarii*, vel *Archi-Capellani* appellabantur; & hi semper clerici fuerunt, quia in omni consultatione prima ubique quæstio est, & esse debet, num quid iustè ac honestè fieri possit; his itaque quæstionibus primariis definiendis antiquissimo Germanorum & Gallorum more Sacerdotes præfecti sunt, quippe qui soli, nondum erectis Academiis, litteratorum ordinem constituiebant, & juris divini humanique periti censebantur. Econtrario qui Regi in Aula aderant, aulica curabant negotia, & pro eorum diversitate varios titulos v. g. *Mareschalli*, *Pincernæ*, *Dapiferi*, sortiebantur. quamvis autem ordinariè *Cancellarii* in *Cancellaria*, reliqui in aula, præcipua quisque autoritate polleret, in publicis tamen deliberationibus, tractandique regni negotiis putæ belli, pacis, fæderum, omnes, suâ tamen cuius relicta prærogativâ, concurrebant. Unde apparet, hæc *Archi-Officia* ipsa *Electoralis Dignitate* longè antiquiora esse, imò huic acquirendæ occasionem dedisse, quæ ratio, quoque est, quod universi Electores in titulorum suorum serie *Archi-Officialem*

E

Ele-

Electoralī in hodiernum usque diem præponere soleant.  
§. IX.

Et quoniam Imperatores nostri tria habebant Regna, nempe *Teutonicum, Gallicum, & Italicum*, tres etiam Archi-Cancellarios constituerunt, ita ut successivè tribus ad Rhenum Archi-Episcopis ista Archi-Cancellariatus Dignitas, & quidem Moguntino per *Germaniam*; Coloniensi per *Italiam*; & Trevirensi per *Galliam & Regnum Ar. latense* privativè commendata sit. *A. B. Cap. I. §. 11. & 12. Cap. 2. §. 3.* Cum verò ab initio Cancellariatus ambulatorii, & arbitrio Regum collati, nec illa dignitas uni alicui Episcopatu sine revocatione, vel privativè concessa fuerit; COCCEJ. *Prud. jur. publ. Cap. 10. §. 8.* Historici æque ac Politici, & inter eos præprimis solertissimus rerum Imperii veterum indagator BERNH. à MALLINCKROT. *de Archi-Cancellar. S. R. J. CONRING. de Officialib. Imp. R. G. ib. 8.* magna hucusque cura inquisivere, quo quidem tempore ac ratione ad hosce Archi-Episcopatus prædictæ Dignitates privativè pervenerint? quantum igitur omnium antiquissimum Archi-Cancellarium Moguntinum, de quo solum nunc ago, attinet, à communi DD. sententia recedere nolo, juxta quam sub Imp. OTTONE I. Ejus filius WILHELMUS, Archi-Episcopus Moguntinus, hanc suæ Sedi prærogativam obtinuit, ut perpetuis deinceps temporibus non alii, quam Moguntini Antistites, *S. R. J. Archi-Cancellarii* constituerentur, & inde factum, quod post prædictum WILHELMUM Sedes Moguntina Archi-Cancellarium privative retinuerit, quem hodie  
idum

dum continua ferie exercet. Verum an expresse OTTONIS I. vel alterius Imperatoris privilegio? an verò tacita voluntate Archi-Cancellariatus Imperii Moguntinæ Sedi primitus annexus & incorporatus fuerit? cuiusque arbitrio & iudicio relinquit cum MALLINCKROT. *diſt. Tr. pag. 20. ſeqq.* VITRIARIUS *Inſtit. Jur. publ. Lib. 1. tit. 14. n. 7.* & certò defini non poſſe aſſerit CONRING. *diſt. loc.* imò indubitata adhuc deeſſe monumenta refert GEORG. CHRISTIAN. JOANNIS *ad Senar. lib. 1. Cap. 29. in fin.* ubi tamen rectè monet, àlter dicendum eſſe, ſi de Cæſarum, qui ſæculo XIII. regnarunt, voluntate fit ſermo; præſto namque eſſe Adolphi & Alberti I. Diplomata quibus uterque hanc Dignitatem Sedi Moguntinæ expreſſè confirmaverit: ille Tabulis *An. 1292. III. Non. jul. Bonnae*; Hic *An. 1298. Id. Septembr.* Litteris in monaſterio Holzkirchen datis.

§. X.

Interea tamen, ſi perluftratur Catalog. Cancellariorum, & Archi-Cancellariorum, quos apud coævos ſcriptores, vel in ipſis Imperatorum, Regumq; Germaniæ Diplomatibus à Carolo M. ad Fridericum, II. uſque ſubſcriptos exhibet PFEFFINGER, *ad Vitr. Lib. 1. Tit. 14. §. 7. lit. 6.* apparet, jam ab ætate Henrici Aucupis, imò etiam diu ante Moguntinos Archi-Præſules, in negotiis Regni Germaniæ, ut plurimum Archi-Cancellariorum munere fuiſſe functos, ita enim reperitur ſubſcriptio ſub ipſo jam Carolo Magno Francorum Rege: *An. 794. Willisarius, Cancellarius, ad vicem Lulli (Archi-Ep. Moguntini) Archi-Capellani.* ſub LUDOVICO PIO, *An. 823. Helifactus, Cancellarius,*

ad vicem Richolfsi (Moguntini) Archi-Capellani recognovi. sub LUDOVICO GERMANICO. An. 873. Hebarhardus Cancellarius ad vicem Luitberti (Moguntini) Archi-Capellani. sub LUDOVICO II, GERMANICO-An. 882. Arnolfus Cancellarius, ad vicem Luitberti, Archi-Capellani. sub CAROLO CRASSO, Imp. An. 887. Amalbertus Cancellarius, ad vicem Luitberti, Archi-Capellani, sub HENRICO AUCUPE. An. 922. Simon, Notarius, ad vicem Herigeri (Moguntini) Archi-Capellani recognovi. An. 931. Popo, Cancellarius, ad vicem Hildiberti Archi-Capellani sub OTTONE I. An. 936. Adaltat, Notarius, ad vicem Hildiberti Archi-Capellani recognovi. An. 941. Bruno Cancell. ad vicem Friderici (Moguntini) Archi-Capell. An. 953. & 954. lidem. An. 959. Ludolfus Cancellar. ad vicem Wilhelmi, Archi-Capellani. An. 965. Luidolfus, Cancellarius ad vicem Wilhelmi, Archi-Capellani. An. 966. 967. lidem. An. 970. Ludigerus, Cancellarius, ad vicem Ruperi (Moguntini) Archi-Capellani. Sub OTTONE II. An. 978. Hildiboldus, Capellanus, ad vicem Willigisi, Archi-Capellani. An. 983. Hildebaldus Episcopus & Notarius ad vicem Willigisi. Archi-Capellani conscripsi. sub OTTONE III. An. 996. Hildebaldus Episcop. & Cancellarius vice Willigisi Archi-Capellani recognovi, sub HENRICO II. An. 1011. Guntharus, Cancellarius, ad vicem Erkambaldi (Moguntini) Archi-Capellani. An. 1023. Gualterus, Cancellarius, vice Aribonis Archi-Cancellarii, sub CONRADO SALICO. An. 1033. Burchardus, Cancellarius, vice Bardonis (Moguntini) recognovit. Sub HENRICO III. An. 1047 Hartovicus, cancellarius, vice Bardonis Archi-Ep. & Archi-Cancellarii. sub HENRICO IV. An. 1058. Wautherius, Cancellarius, vice Leopoldi Archi-Capellani, sub FRI-  
DE.



DERICOL. AN. 1153. *Joannes Imperialis Aula Cancellarius, vice Conradii, Moguntinensis sedis Archi-Episcopi, & GERMANIÆ ARCHI-CANCELLARI, recognovi. AN. 1180. Gottfridus Imp. Aula Cancellarius, vice Domini Christiani Moguntinae Sedis Archi-Episc. GERMANIÆ Archi-Cancellarii. Sub FRIDERICO II, AN. 1213. Conradus Spirensis & Metensis Episcopus, Imp. Aula Cancellar. Vice-Sigefridi Moguntini, TOTIUS GERMANIÆ Archi-Cancellarii.*

## §. XI.

Cæterum ex hoc ipso, quem vel idè copiosius adducere volui, Subscriptionum Catalogo non improbabilis redditur opinio, quam fovet THULEMAR. *de Octovirat, cap. 13. n. 19. seq.* nempe Archi-Episcopum Moguntinum, qui alias saltem in genere *Archi-Capellanus*, vel *Archi-Cancellarius* in Diplomatum Subscriptionibus vocatus fuerat, sub Imp. Friderico I. & ejus filio Henrico VI. *Archi-Cancellarium per Germaniam* dici scribique cepisse, idque ad differentiam aliorum, eo quod ab eodem Imp. Friderico I. *Archi-Cancellariatus Italiae* Colonien- si datus fuerit.

## §. XII.

Adè autem Eminentissimi Electoris Moguntini *Archi-Cancellariatus* hodie dum præeminet, ut, quamvis Colonien- sis per *Italiam*, & Trevirensis per *Galliam & Regnum Arelatense* Titulos *Archi-Cancellariorum* adhuc præ se ferant, nihilomi- nus tamen Moguntinus solus & unus effective, per omne id, quod est dirionis Imperii nostri, *Archi-cancellariatum* gerat; siquidem omnes, expeditiones negotiorum publ. quæ non tan-

tum Provincias, Archi-cancellariatu Moguntini principaliter & per se obnoxias, sed etiam Galliam Belgicam, in quantum Imperii Legibus adhuc tenetur, & exiguas Arclatensis Regni reliquias, sicut & Italiam, ibique varia Imperii Feuda sita, respiciunt, ex inveterata Imperii consuetudine & in hunc usque diem continuata observantia solius Moguntini curis relinquuntur, & per subordinatam ipsi Cancellariam Imperialem, sicut reliquæ omnes, Germaniam concernentes, ordinationes peraguntur; ut hac ratione Moguntinum solum per totum Imperium Romano-Germanicum *effectivè* Archi-Cancellarium agere, & omnia Acta publica, quamcunque Imperio nostro quoquo modo subjectam provinciam aut partem concernentia, in ipsius Archivo recondi, rectè dici possit; Ex quo confectarium hoc multis fluere visum est, quod Trevirensis & Coloniensis hodie nudis saltem Archi-cancellariorum Titulis splendeant, iisque præter nomen vix quicquam amplius superlit; cui sententiæ præter alios subscribunt RUTGER. RULAND. *de Commissar. & Commission. p. 2. Lib. 5. c. 4. §. 10.* GASTEL. *de Stat. Publ. Europ. c. 9. §. 56.* SCÜTZ. *Jur. Publ. V. I. Exerc. 7. th. 23. lit. E.* KLOCK. *de Contrib. c. 5. §. 26.* RËT. *Inst. jur. publ. L. 1. T. 9. §. 3.* VITRIAR. *Lib. 3. tit. 10. pr. L. B. ab ANDLER. Jurispr. L. 1. Tit. 5. p. 2. §. 21.* FRITSCH. *de ju. re Archivi. C. 4. §. 4.* CRÜGER. *de Novemvir. part. spec. m. 2. disc. 4. §. 2.* BESNECKER. *jur. publ. prud. cap. 2. §. 3. n. 4. & 5.* Illud interim uti verissimum, ita & singularis in Moguntini Archi-Cancellariatu præminentia nota est, quod sub Ejus Archi-Cancellariatu Coloniensis & Trevirensis Præsulum Archi-Episcopatus

patus contineantur, proinde illi, si quod etiam hodie Archi-Cancellariatum suorum jus vel exercitium adhuc haberent, in propriis tamen Archi-Episcopatibus id minimè exercere possent. BOECLER, *Not. Imp. Lib. 8. C. 5.* COCCEL, *jur. publ. prud. cap. 10. §. 9.*

## §. XIII.

Ea insuper Autoritate Moguntinus in *Archi-Cancellariatus* dignitate pollet, ut nec ipse Imperator in usu & exercitio illius Eum quavis ratione impedire, aut modum ac regulam exercendi ullam præscribere velit, aut possit, prout non tantum expresse conventum est in Capitulationibus *Leopoldi Art. 42. Josephi Art. 41. Caroli VI. Art. 13. & 24.* verum etiam ab Imperatore Josepho, cum Ann. 1708. tanquam Rex Bohemiæ, ad Vocem & sessionem in Collegio Electorali in omnibus Comitibus, Deputationum & Collegialibus, ordinariis & extraordinariis deliberationibus readmissus fuit, in majorem Moguntini securitatem datis propterea Eidem litteris reversalibus, exhibitis à PFEFFINGER. *ad Vittr. Lib. 3. tit. 10. pr. lit. c.* expresse cautum est, quod Eum in Archi-Cancellariatu & directorio tam comitali, quam Electoralis Collegii, nullo planè modo turbaturus sit.

## §. XIV.

Primariam hanc Archi-Cancellariatus Dignitatem alia insignia, & præcipua Moguntini jura concomitantur, inter quæ jus Directorii præfulget; sicut enim potissima negotiorum Imperii dispositio ad Eum à multis retrò sæculis spectavit, ita etiam non in Comitibus tantum Imperii universalibus, sed & aliis quibuscunque Conventibus, solus hodie dum est

Dir:

*Director*, omni tempore & loco secundus à Cæsare; quod Directorium etiam exercet extra Conventus, in omnibus scilicet illis negotiis, quæ ad Imperium, tanquam Corpus, pertinent, cujus exemplum suppeditat Negotium Pacis Ryswicensis, ubi, qui Imperii nomine deputari aderant, Illustrissimo Domino de SCHOENBORN tanquam primario Legato Moguntino, & litteras, quibus de mandatis fidem facerent, exhibebant, & dirigendi munus illius agnoscebant.

§. XV.

Quod si verò durantibus Imperii Diatis Sedem Moguntinam vacare contingat, cui tunc Directorium in Comitibus competat, in litem trahi voluit, prout ea, quæ in comitiis, præsertim *Ann. 1675. & 1678.* acta sunt, & à FRITSCH. *ad Limnæum. Lib. 9. cap. 1. §. 131.* KULPIS. *ad Monzamb. de stat. Imp. Germ. p. 2. cap. 1. §. 36.* producuntur, aliaque recentiora palam faciunt. Siquidem *Metropolitanum Capitulum Moguntinum* hoc eveniente casu dirigendi jus ad se omninò spectare asserit, eoque nomine non ad fundamenta juris solum, sed ad exemplum etiam Congressus Osnabrugensis provocat, ubi defuncto *Ann. 1647.* Archi-Præsule *Anselmo Casimiro*, actum illud exercuit. *Trevirensis* è contra & *Coloniensis*, *Archi-Cancellarii*, sui muneris id esse, *Moguntino* non existente arbitrantur. *Electo Saxonie* verò omnibus contradicens, vi pactorum *Ann. 1529. & 1562.* cum *Moguntino* Initorum, facultatem hanc sibi arrogare voluit.

Quamvis autem in ejusmodi quæstionibus privatorum nemo decidendi arbitrium sibi sumere valeat; si tamen quod

res

res est, edicere fas sit, metropolitani Capituli jus hac in parte contra omnes prævalere existimo; Imprimis enim illa hypothesis, quod Capitulum Sede vacante tantum succedat in iis, quæ Episcopo, ut Episcopo, competunt, oppido falsa est, cui etiam universalis Imperii consuetudo, per INSTRUM. PAC. OSNABR. *Art. 5. §. 17. & 21.* seu declarata, seu confirmata refragatur, ita, ut verissimum sit, capitulum S. V. in iuribus & prærogativis temporalibus eadem proportionem, qua in Ecclesiastica potestate, succedere; ex qua sola ratione in INSTRUM. PAC. OSNAB. *dict. loc.* expresse cautum est, ut S. Vacante Capitula ad universales æque, ac particulares deputationum, visitationum, revisionum, aliosque Conventus Imperiales literis solitis evocentur, ac jure Suffragii fruantur, prout quisque Statuum eorum jurium particeps fuit; hinc *jam antea* quoque *Dechant und Capitul zu Minden Anno 1555. Probst, Dechant und Capitul des Rhomb. Stiffis Freysingen Anno 1559.* S. Vacante Comitibus interfuerunt. VITRIAR. *Inst. jur. publ. L. 4. t. 1. n. 21.* & ibidem PFEFFINGFR. ubi post plura & recentiora hujusmodi exempla adducta subjungit, quod Capitula defuncto Præsule in omnia Regalia & Superioritatis jura succedant; Licet vero illa excipere velit, quæ specialiter Personæ inhærere dicit, quorsum refert Electionem Regis Roman. & Directorium in Comitibus: in quæ Capitulum succedere negat; Falitas tamen hujus prætensæ exceptionis ex eo relucet, quod & ipsum *Jus Status Imperii* sit personæ Dignitas, non vero patrimonio, aut glebæ

glebæ terræ annexa qualitas, juxta SCHWEDER. *Part. Spec. f. 2. C. 1. n. 9.* VITRIAR. *Lib. 1. tit. 12. n. 1. & Lib. 3. tit. 15. n. 10.* in quod tamen Capitulum S. V. succedit, quia Sessio ac Suffragio in Comitibus gaudet, in quo substantia Status Imperii consistit. Sin igitur concederetur, Archi-Cancellariatum & cum eo connexum Directorium Personæ Archi-Præfulis inhærere, Capitulum tamen, penes quod S. V. omnis potestas residet, & ideo mortuo Antistite, eo non est inferius sed illum repræsentat, ab Eiusdem exercitio excludi non posset; quod eo magis obtinere debet, cum totum hocce jus Sedi Moguntinæ realiter incorporatum sit, ut poinde sicut INSTRUM. PAG. OSNABR. *Art. 5. §. 17.* loquitur, ejus administratio, & aliorum quoque jurium Episcopaliū exercitium sede Vacante Capitulo competere debeat; accedit, quod Tutor secularis alicujus Principis Electoris, ætatis defectum patientis, omnia quantumvis singularia jura, & ab ejus Archiofficio dependentes functiones expedire possit; quo igitur jure Capitulum Moguntinum S. Vacante ab iis, quæ Archi-Præfuli Competunt, excludetur, cum illud, si non majorem tutore aliquo auctoritatem habeat, certe eo minorem, in administratione & exercitio jurium, potestatem habere nequeat.

## §. XVI.

Præter Directorium in Comitibus etiam hæc singularis Moguntini prærogativa est, quod omnes ab Electoribus

ribus & Statibus reliquis misſi, & ad Comitiam aliosque Conventus venientes Legati, Mandata ſua & Credentiales Soli Moguntino Directori exhibere debeant, quo factò Originalia cuicunque Legato redduntur, retenta ſolum copia, quæ ad acta Imperii reponi, ac de cætero ſuper rite peracta legitimatione ex Cancellaria breve Teſtimonium dari ſolet. v. g. **Bey dem Hochlöbl. Chur-Maynziſch. Reichs Directorio hat ſich wegen des Herzogthums N. Herr N. N. Krafft Vollmacht legitimitet. So geſchehen Regenspurg &c.**

**Churfürſtl. Maynziſch.  
Cankley.**

Mittit pariter Moguntinus Director Schedulam, ſigillo ſuo munitam, Mareſchallo Imperii, qua certiore Eum facit, hunc vel illum, ſe legitimaſſe, proinde ad ſolennes Conventus Eum poſthac invitandum. Nemo enim ad Imperii Senatum admittitur, niſi qui literas credentiales Moguntino prius rite produxerit. Civitatum Imp. Ablegatos quidem à prædicta mandati exhibitione immunes eſſe ſibi perſuadet **AUTOR des Berichts, wie es auf Reichs-Tagen gehalten wird.** PAURMEIST. *de Jurisd. Lib. 2. Cap. 2. n. 31.* Sed hanc ſententiam LL. Publicis æque, ac uſui quotidiano contrariam eſſe oſtendunt KNIPSCH. *de Civit. Imp. L. 2. C. 2. n. 126.* SCHWEDER. *part. ſpec. S. 1. C. 30. n. 8.* HERMES. *Faſc. jur. publ. Cap. 40. n. 84.* Cæterum Legatos Principum Prælatorum, Comitum & Civitatum in perſona Mandata ſua Mogunt-

guntino præsentare debere, rectè asserit CRÜGER. *de Novemvir, Part. 1. p. m. 2. Disc. 4. §. 3.* cum igitur potentiorum quorundam Principum Legati, Electorales æmulatione quadam imitantes, tantum per Secretarios hoc facere velint, idcirco contra hanc innovationem Director Moguntinus nunquam non protestatur. SCHWEDER. *d. l. PFEFFING, ad Virr. L. 3. tit. 10. pag. m. 728.*

## §. XVII.

Neque Ordinum Imperii solum, sed exterarum quoque Gentium Legati, ad Comitia missi, Credentiales suas apud Directorem Moguntinum, & quidem Germanico aut Latino Idiomate, producere tenentur; hinc omnium primo Eundem accedere, litteras exhibere, in mandatis quæ habeant exponere, commendare, atque ut expediantur, rogare solent. CRÜGER. *dict. loc. VITRIAR. Inst. jur. publ. L. 3. t. 10. n. 14.*

## §. XVIII.

Quando Comitia Imperii ab Imperatore de novo indita sunt, quod quidem olim à solo Imperatore dependebat, nunc autem non nisi prævio Electorum consensu fieri potest, vigore Capitulationum *Leopold. Art. 17. Joseph. Art. 16. Caroli VI. Art. 13.* ac postmodum congregatis Proceribus Propositio Cæsarea prælecta fuit, Moguntinus Elector vel ipse, vel per Cancellarium suum solus loquitur; Cæsarique nomine totius Imperii responderet, ac descriptionem propositionis petit; prout etiam solius ipsius Cancellarius & Secretarius tantum Mensæ addident im Saal bey der Proposition und Abschied des Reiches Tages. SCHWEDER. *Jur. publ. P. Spec. s. 1. Cap. 19. in fin.*

## §. XIX.



## §. XIX.

Communicatam autem propositionem non solum in Electorali Collegio denuo proponit Moguntinus, sed & deinceps durantibus Comitiiis, materias, super quibus deliberandum est, Statibus, antequam in Senatum veniant, per Schedam, quæ vulgo der Unsag-Zettel audit, indicit, eamque Imperii Vice-Mareschallo de Pappenheim transmittit, & conuocationem imperat, hoc fere modo: Des H. R. Reichs Erb- Marschall soll auf morgen Vormittag um 8. Uhr zu der in Unsag gebrachter Materie, und den ohnlängsthin dictirten Memorialien N. zu Rath ansagen lassen. Sign. N. N.

## Churfürstl. Mayntzisch. Canteley.

Si vero Elector Saxonix ipse præsens est, illa Scheda Vice-Mareschallo tradenda, ipsi exhiberi consuevit. SPRENGER. *jurispr. publ. pag. 98.*

## §. XX.

Idcirco soli Moguntino, ejusque Directorio omnia Memorialia, desideria, postulata, & omnes omnium supplicationes atque petitiones, ad Comitata exarata, ante omnia decenter exhibendæ sunt, à quo deinceps per Dictaturam, ut vocatur, reliquis Ordinibus communicantur; & si ampliores sint literæ, quæ præsertim documenta nimis proluxa adjuncta habent, ad præcauendas molestiores dictaturas, typis eadem exscribi solent, id autem non prius licet, quam à Directorio Moguntino fuerint visæ. PFEFFINGER. *ad Virr. L. 3. t. 10. pag. m. 736.* similiter coram solo Moguntino Directorio reservationes, protestationes, Denunciationes, requisitiones, & si qua id genus alia sunt

remedia, interponi ac fieri solent. *VITRIAR. Lib. 3. tit. 10. n. 16.*  
§. XXI.

Idem Directorii munus Electori Moguntino in Deputationum Conventibus competit, ad quos etiam illos, qui ex universo Statuum Imperii Corpore selecti & deputati sunt, & ideo *des Reichs Deputirte Stände* nominantur. *R. F. de An. 1641. §. 92.* convocandi jus habet, quoties motus Imperii sese exerunt, quibus Sedandis unius, trium vel plurium etiam circularum vires non sufficiunt, aut quando alia Imperii necessitas id flagitat. conf. *SCHWEDER. part. spec. s. 2. c. 31.* In ipso quoque Collegio Electorali, sive illud in Comitibus Universalibus cum reliquis Imperii Ordinibus congregetur, sive proprios suos ac particulares Conventus, idque vel de novo Rege Romanorum eligendo, qui dicuntur *Wahl-Tage*; vel tempore & necessitate exigente, de aliis Imperii negotiis, v. gr. Pace, bello, tuenda Collegii Electoralis autoritate; instituat, quos *Chur-Fürsten, oder Collegial-Tage* appellamus, semper Moguntini Directorium præminet; Et quanquam Moguntini Archi-Cancellariatus totum Imperium & Conventus universorum Procerum respicere, ac proinde in Collegio Electorali, ceu particulari cessare, videri cuiquam possit; propterea tamen a directione ejus removeri minimè potuit. Qui enim in toto Imperio Regi proximus, atque adeo inter omnes Status primus est, ut Moguntinus, ei etiam in Collegio Electorali, velut parte ejus, merito primus locus, cumque hoc ipsum præsidendi & dirigendi jus concedi debuit. Unde materias in deliberationem adductas in eo proponit, propositis autem reliquorum suffragia sciscitatur & colligit,

ligit, suumque ultimo loco dicit, hacque ratione revera dirigens illud est & concludens. Cui juri & ordini suffragandi nihil est detractum per exemplum Electionis Caroli V. licet enim in ea, quorundam opinione, Moguntinus primum votum tulisse dicatur, id tamen necessitas temporis tunc exigebat, ut nimirum præoccuparentur consilia & studia eorum præsertim, quos Gallorum Regi Francisco favere constabat. Sunt quidem alii, qui non tantum in Electione Imperatoris, sed in aliis quoque Imperii negotiis primum Suffragium Moguntino olim competiisse, & adhuc deberi putant, inter quos est COCCEJ. *Jur. publ. prud. C. 8. §. 9.* idque colligi videtur è Poëta GÜNTHER, in *Ligur. lib. 6.* cum inquit :

*Ad Proceres Electio pertinet, in qua Præcipuam vocem præsul, de jure vetusto, Moguntinus habet.*

Ast cum valde imperitus sit ille politicus, qui putet, primo loco suffragari utilius esse, quam postremo; proinde Præcipuam Moguntini vocem vel maximè per hoc salvari existimo, quod ipse tanquam Decanus & Director, exploratis omnium reliquorum sententiis ultimo votum suum exponat, ac sæpe inter discordantia aliorum suffragia, per suum majora efficiat, atque concludat; id quod in aliis quoque collegiis Directoris muneri reperitur annexum.

§. XXII.

Præterea in hoc Electorum Consilio ab antiquissimo tempore solus Moguntinus Secretarium suum habet, qui protocollum conscribat; & licet hodie Electorum quilibet secretarium pro conscribendo protocollo secum adducere soleat, in eo tamen prior Moguntini prærogativa merito remansit, quod in quibuscunque occurrentibus dubiis semper ad solius Moguntini Protocollum recurratur, tanquam ad unicè authenticum; quodque ea fide atque autoritatè præ cæteris omnibus pollet, ut bandi

solum probandi vim habeat. Hinc etiam est, quod, si quis Electorum de aliquo protestetur, hanc protestationem solius Moguntini Protocollo inferi petat, ut deinceps idonee possit adduci. *VITRIAR. Instit. Lib. 4. tit. 1. n. 57.*

## §. XXIII.

Post deliberationem in Collegio Electorali super negotiis propositis peractam, & vota singulorum prolata, si vel per unanimia, vel majora conclusum formatum sit, solus Moguntinus hoc præcipui loco habet, quod Electorum sententiam deinceps ad Principum Senatum referat, & quid huic videatur, exquirat, quod *referre* & *correferre* stylo pragmatico nominatur; hoc postquam factum, & in certum placitum utrinque consensum est, Civitatum Imp. quoque Collegium evocat, ut conclusum suum exponat; & quod universim hoc modo Statibus placuerit, conclusum Comitiale, vulgo *Reichs Gutachten* vocatur, quod Moguntinus in scripturam redigit, & vel solus, vel cum aliis deputatis Cæsari refert, ac ad ratihabendum exhibet. *VITRIAR. L. 4. t. 1. n. 73. SCHWEDER. part. spec. sect. 1. C. 30. n. 17.*

## §. XXIV.

Quod si deinde Imperator Statuum Concluso accedat, Responsum Ejus Directorio Moguntino mitti, & ab hoc reliquis Statibus per dicturam communicari solet, quo facto à Moguntino in conceptum alicujus Recessus redigitur, quod in conclavi Electorum Cæsareæ Maj. Commissariis, ac cæterorum Statuum deputatis prælegitur, & si ita visum, corrigitur; ubi verò rectè ordinatus est Recessus, in Cancellaria Moguntina bis in membrana describitur & postquam publicatus est, unum exemplar deponitur apud Cancellariam Imperii, *der Reichs Canzley*; alterum in *der Reichs Hoff Canzley*. Deinde Moguntinus ad jussu Cæsaris copiam ejus Camera transmittit, ut normam illius in judicando sequatur.

## §. XXV.

§. XXV.

Insuper Moguntino competit *Signatura Decretorum Imperialium*, in Comitibus & Conventibus aliis à Cæsare publicandorum, quæ omnia, olim quidem solus, sed hodie una cum Imperatore, vel ipse, vel per suum Vice-Cancellarium subscribit & subsignat, sic tamen, ut in calce Secretarii nomen quoque conspiciatur; nihil enim à Cæsarea Majestate subscribitur, nisi primo à Secretario, loco inferiore, & deinde ab Imperii Cancellario, loco medio, subscriptio facta. Cum signandi jure optima ratione cohæret *Cura Sigillorum*, nec non *Archivi Imperialis*. Proinde apud solum Moguntinum Sigilla & Typaria Imperatoria asservantur, Isque in sua custodia Moguntia habet Archivum Imperii publicum, in quo continentur omnia Imperii Documenta, & Acta publica Belli, Pacis, Fœderum, Legationum, Ordinationes, Capitulationes, Matriculæ, Libri Legum & Statutorum, & quidquid usquam publico nomine litteris mandatur, sive ad Germaniam, sive ad Italiam quoque & Galliam spectet; vocaturque eapropter sapius Cancellaria Moguntinensis, *die Maynzi-sche Cansley*: LIMN. *ad Capit. Caroli V. pag. 196.* alias *die Reichs-Cansley* audit. *Rec. Imp. de an. 1542. §. dagegen. 129.* à qua differt *die Reichs-Hoff-Cansley*, quoniam in Aula Cæsarea est, cui nomine Electoris Moguntini præest ab ipso Constitutus Vice-Cancellarius Imperii.

§. XXVI.

Namque illud etiam inter singularia Eminentissimi Moguntini jura connumerandum est, quod Solus in Aula Cæsarea Vicarium, sive Vice-Cancellarium habeat, non Cæsari tantum, sed

G

Sibi

Sibi quoque Sacramenti religione obstrictum, per quem Consilii Aulici Cancellaria dirigitur, cujus reliquos omnes Officiales, Secretarios, Protonotarium, aliasque personas, Cancellariæ interservientes solus Moguntinus constituit, Taxasque Cancellariæ solus temperat, easque regit. *Art. 22. Capit. Caroli VI.* Propterea in Aula Imperiali Taxatorem habet, qui ipsius Residens plerumque est. Nec Imperator quid de ista Taxa remittere potest. *Dict. Art. 22.* Illud quoque Sedi Moguntinæ multum honorem defert, quod ipse Elector Trevirensis Moguntini Archi-Cancellarii Vicarius per Germaniam superioribus temporibus fuerit. confer. PFEFFINGER. *ad Virr. lib. 3. tit. 10. pag. m. 737.*

§. XXVII.

Similiter solus Moguntinus Cancellariam in Camera Imperiali regit, ejusque præfectum, quem vulgo *Verwalter* vocant, Protonotarios, ac alios officiales, quibus secreta Consilii committuntur, pariter suo arbitrio eligit, sibi que juramento obstringit. *Rec. Imp. de An. 1654. §. 104.* Hisque personis omnibus Moguntinus salaria exsolvit, & quidem ex taxis Cancellariæ, *von den Cansley-Gefällen*, quæ ipsi soli competunt; Nec minus defectus & vitia ministrorum Cancellariæ corrigi curat, & promeritis pœnis coercet, quem in finem etiam Ipsi hujus Cancellariæ visitatio competit. *dict. Recess. Imp. cit. loc.* Cæterum judice Camera non præsentem, & Præsidibus quoque absentibus, Moguntinus Assessor judicis personam repræsentat, qui *Vice-Præses* ideo appellari consuevit.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Solus quoque Moguntinus præest Judicio Revisorio Camerae, ad quod ii, qui per iniquitatem aut negligentiam Assessorum læsos se existimant, provocare, & Revisionem petere possunt; quapropter & Libelli, quibus Revisiones hodie juxta *R. I. de An. 1654. §. 125.* Intra quadrimestre à die latae sententiæ sub pœna desertionis petuntur, quorum formulam vide apud *BLUM. in Suppl. Cam. T. 18. §. 1. & 2.* Ipsi Moguntino offerri debent. Nec minus Judicium Camerae visitandi jus habet, & licet non solum eam visitationem Moguntinus peragat, sed præter Imperatoris Commissarios alii ex Ordine Statuum deputati concurrant; *Recess. Imp. de An. 1654. §. 132.* In eo tamen aliquid singulare Moguntinus habet, quod in omnibus tam ordinariis, quam extraordinariis Camerae visitationibus ipse perpetuus sit, cum reliqui visitatores mutantur. Quid verò à multis retro temporibus ad nostram usque ætatem circa ordinarias & extraordinarias visitationes judicii Cameralis contigerit, latè refert *PFEFFINGER. ad Vittr. L. 3. tit. 10. pag. m. 708. seqq.*

XXIX.

Alia sanè ratio est Visitationis judicii Cæsarei Aulici, utpote quæ soli Electori Moguntino toties, quoties opus fuerit, competit, uti expresse in *INSTRUM. PAC. OSNABR. Art. 5. §. 56. R. H. O. de An. 1654. Tit. 7. §. 25. Capitul. Caroli VI. Art. 24.* cautum. Addit quidem *AUTOR DER GRUND-BEST:* Moguntinum debere aliquot Principes in Visitazione hac adjungere; sed cum Additio ista ab illo tantum fiat privata autoritate, ideò etiam nul-

lius est momenti. CRÜGER. de Novemvir. part. spec. m. 2. Disc.  
4. §. 4. Idcirco cum Eminentiss. Elector Moguntinus JOANN.  
PHILIPPUS An. 1664. hujus Judicii visitationem institueret,  
ac Principum nonnulli contra illam quædam tum apud Imperato-  
rem, tum apud ipsum Moguntinum monerent, nullus hisce mo-  
nitis locus relictus, & illis non obstantibus Visitatio à prælauda-  
to Electore die 27. April. peracta fuit. PFEFFINGER. d. l. pag.  
722. in fin. seq.

§. XXX.

Sed & illa insignis præminentia nota in Moguntino Ar-  
chi-Præsule resplendet, quæ meritò primo loco referri debebat,  
quod Imperatore è vita excedente, non solum reliquis Electori-  
bus id significet, verum omnes etiam intra mensem continuum,  
à die notitiæ numerandum, singillatim literis patentibus & ma-  
jori sigillo signatis, A. B. C. 1. §. 18. quarum formula C. 18. A. B.  
continetur, convocet, ut à die intimationis factæ intra tres men-  
ses continuos Francofurti, ad eligendum novum Imperatorem  
convenient; ubi verò ipsi, vel eorum Legati ibidem comparue-  
runt, omnibus ad Electionem necessariis aptatis, statim dies Ele-  
ctionis à Moguntino Directorio singulis Electoribus die præce-  
dente indicitur, qui etiam ab ea civitate, in qua Electionis so-  
lennia celebrantur, juramentum securitatis sibi reliquorumque  
Electorum nomine præstari curat, quibus omnibus aliisque præ-  
missis Moguntinus juramentum, quod ipse juxta tenorem A. B.  
C. 2. §. 2. & 3. Prior præstat, à Co-Electoribus exigit, & tum in  
ipso Electionis actu vota reliquorum percontatur, ultimoque lo-  
co à Co-Electoribus rogatus sententiam suam dicit, juxta majora  
con-



concludit, decretum Electionis pronunciat, nec non ex votorum pluralitate Capitulationem conficit, adeoque in hoc præcipuo eligendi negotio omnes præminentias, partesque præcellentiores solus Moguntinus obtinet. Præterea tempore Interregni cum Vicariis præcipuè Reipb. invigilat, & quæ ex usu ejus sunt, deliberat & statuit; vixque erit, ut majoris momenti rem aliquam suscipiant Vicarii, quam ante cum Moguntino haud communicaverint.

§. XXXI.

Neque illud inter jura Archi-Præfulis Moguntini singularia omittendum est, quod *Director & Protector Postarum Imperialium sit*; quam Prærogativam quidem cum supremo Archi-Cancellariatu per Germaniam connexam esse, autoritas literarum ipsius Electoris Moguntini *An 1627. d. 27. Maji.* ad Imperatorem datarum convincit, in verbis: **Daß Sie und ihre Lobseligste Vorfahren mir und meinen Antecessoren, als Erz-Canzlern in Deutschland / das Regal und Protection über das Post-Wesen im Heil. Röm. Reich, und was demselben anhängig, allergnädigst anbefohlen, &c.** Quod munus in eo versatur, ut tutelam ac patrocinium postis præstet, atque in id intendat, ne quicquam, quod detrimentum ipsis adferat, à quoquam suscipiatur, sed earum privilegia salva atque intacta ubique conserventur: Ea de causâ suas emitit dehortationes contra eos, qui quid iniqui vel detrimentosi contra Postas moliri conantur, cujusmodi videre licet apud HORNICK *de Jur. Post. C. 6. Theo 2.*



COROLLARIA.

- I. *Imperator est Judex competens in causis matrimonialibus Statuum Imperii A. C. addictorum, idque Salvis tam Catholicæ Religionis, quam Protestantium principiis.*
- II. *Solus Imperator sine Principum Imperii consilio, in feudis Regalibus cognoscendi & decidendi potestatem habet.*
- III. *Vicariis Imperii jus Primariarum Precum non competit.*
- IV. *Unus Elector uno plures Electoratus simul obtinere & possidere potest.*
- V. *Pontifex in Jure Divino dispensare nequit.*
- VI. *Summa Ecclesiastica potestas potest præcipere actus purè internos.*
- VII. *Clerici sunt exempti à potestate seculari.*
- VIII. *Clerici de Jure Canonico non possunt ad profanas causas testari, possunt tamen de consuetudine.*
- IX. *Datur jus naturale, quod in suo objecto est immutabile.*
- X. *Pupillus sine tutore contrahens nec naturalitèr, nec civiliter obligatur.*
- XI. *Testamentum ob defectum Solemnitatum de jure civili invalidum, etiam est nullum in foro interno.*
- XII. *Mandans aliquem vulnerari instrumento lethifero, licet occisionem prohibuerit, morte tamen secutâ de occisione tenetur.*



**Q**uam bene conveniant, & in una sede morentur  
 Doctrina, & virtus, Tu Sociando probas:  
 Annos adde DEUS! sic virtus, Bartolus, anni  
 In te convenient. In tribus omne bonum.

Si cor habet metas: & si sunt verba sagittæ;  
 Quis nigrum in meta me tetigisse neget?

Ita Prænobili & Clarissimo Domino Doctorando,  
 Conterraneo suo accinit.

F. H.

**P**ugnatum satis est, debetur pausa laborum  
 Multa triumphorum gaudia Gera parat!  
 Doctus enim Genius retulit vi sospite palmam,  
 Palma tuo capiti pulchra brabea ferat,  
 Nos quoque viEorem celebramus, & ipsa talenta  
 Miramur, sacris condecoranda metris.  
 Sic studuisse juvat! Tibi candida vota feruntur,  
 Vita Tua, assiduus nil nisi candor erat.  
 Hæc propter, nobis remanet tua laudis imago,  
 Quam nullus poterit commaculare situs.

Hæc pauca Prænobili ac Clarissimo Domino Docto-  
 rando Amico suo colendissimo apponere vo-  
 luit additissimus


Carol. Henric. Joseph. Strahl,

J. U. Emer.

**A**spice quam placido faveant TIBI numina vultu  
 Quam facilis scandit sidera fama Tua.  
 Aspice quam pulchrâ præcingat tempora fronde  
 Musarum docto blanda caterva TIBI.

H

Fas



*Fas est ingentes sic condecorare labores,  
Nam labor est summus, quid celer arte probas.  
Jura Moguntinæ Sedis, dum lite resolvīs  
Docta: Te merito laus sine fine manet.  
Impiger egregiis studiis insistere perge,  
Præmia non longè differet ista DEUS.  
Det DEUS; ut sine fine simul quoque leta virescat  
Frondebis in tantis stirps generosa Tua.*

*Ita Prænobilis ac Doctissimi Domini Doctorandi,  
doctis studiorum suorum conatibus animo  
& calamo applaudit*

*Jac. Joseph. Birckenfeldt /  
Erf. J. U. Em. & Opponens.*

**H***eu! mirum roseis è labris candida doctus,  
Laurigerum flagras nomina digna sequi;  
Purpura sed laurum præcelso pondere vincit,  
Quod nunc ex meritis tempora suave premit.  
Vocibus haud vacuis, vel mentes fallere structis  
Ornatum quæris, fulgida sed calami  
Aurati Themidis Mogono sub regmine splendent,  
Excelsa Imperii, quæ sacra sedes habet.  
Hæc Tu præsidio sub summo clara proponis;  
Laudibus en Pindi palmiger ordo sonat.  
Gloria sic tua fulgebit nunc amplior aucta,  
Qua gaudere potes, plus semel ante sata.  
O! mihi transformet calamos Heliconia virtus,  
Quo Tibi præstanda laude litare queam!  
Non tamen abjicies, quæ caulis amore paratus  
Sincere protulit, mens pia falsa fugit.*

*Clau-*

*Clauditur hic series scripturae, ast pectore durant  
Vota fide plena & tempora cuncta manent:  
Ut Tibi promeritam factam bombyce Tiaram  
Alma Parens Rbeni semper ubique beet!*

Honoris & amoris ergo Nobiliss. & Doctiss. Domino Doctoran-  
po, Patrono Amicoque suo Honoratiss. his paucis obtri-  
tionem suam testari voluit officiis Ejus deditiss.

Christianus Salomon. Schmalzius, J. U. C.

**P**ugnatum satis est, pugnas iterare quid optas?  
Nimirum pugnis debitus instat honor.  
Pugna! pugnantem tua te doctrina tuetur;  
Tela minus feriunt, quae comitatur honor.  
Pugnaces Fortuna juvat, timidosque repellit,  
Et sua pugnacem palma petita manet.  
Pugna igitur, via sit Tibi victrix pugna, sequatur  
Quae tantis meritis gloria digna tuis.

Ita Vover

G. M. Strahl, Med. C.

**E**st sudasse satis. Tempus detergere frontem,  
Pulpitaeque emensum scandere jura, juber.  
Alma laborato Themis acquisita Decore,  
Quartus ut annus abit, nunc documenta petit.  
Ne tardes igitur; facunda scientia laudi est:  
Scire juvat, reliqui si quoque scire sciant.  
Quam laurum Magonæ Tibi spondere Camænae  
Docta dabit circum tempora Gera Themis.

Sic prænobili Clarissimo atque Consultissimo Domino  
Doctore ex animo gratulari voluit, debuit

Edmundus Valentinus de Berninger,

J. U. Cultor.

H 2

Legibus



**L**egibus Armatus Miles Mover, Ecce! Repletus  
 Zelo inter doctos praelia docta Viros.  
 Praelia docta mover, justissima tela repellit,  
 Quæis Victis sperat præmia digna fore.  
 Spes Alii, & fallit, Te spes alet, & quoque fallit  
 Cum non sint meritis præmia digna Tuis.  
 Te Tua Nobilitat Virtus, doctrina Coronat,  
 Sic duplex Capiti jure Corona datur.  
 Duplex jure datur Triplex te jure deceret,  
 Ast spes Versa ruit, Sorsque Noverca fuit.  
 Jucundum Interea sat sit meminisse laborum,  
 Ad tantos Ausus qui peperere Viam.  
 Pugna! pugno fores reseret, quæis Victor honorum  
 Tantis pro meritis Culmina summa petes.


Ita Aggratulabatur

Joannes Carolus Borromæus Metz,  
 J. U. C.

**L**aure doles, uni quoniam non sufficis una,  
 Quæ Fano gemino cincta sat una fores?  
 Ne doleas, hodie, quod bini, hoc præstitit unus,  
 Ambiet hinc unum præmia bina caput.  
 Nempe coronandus duplici pugnabit arenâ,  
 Quem sacra commendat, quemque profana themis.  
 Jure igitur duplici revirescent tempora lauro,  
 Quæ repetet patrium cinctus Apollo solum.

Ita Domino Doctorando, cognato suo colendissimo  
 applaudere voluit Servus suus addictissimus

Franciscus Jacobus Rolshoffen, J. S.



ULB Halle


3

005 367 751



VD 78









86

4

DISSERTATIO INAUGURALIS  
PUBLICO - JURIDICA

DE  
**PRÆEMINENTIA**  
**S. SEDIS MOGUNTINÆ,**  
*EFUSDEMQUE*  
**EMINENTISSIMI ARCHI-**  
**PRÆSULIS, PRINCIPIS ELECTORIS,**  
**PRÆEMINENTIBUS AC SINGULARI-**  
**BUS JURIBUS ET PRÆROGATIVIS;**

QUAM  
SUB PRÆSIDIO ALTISSIMI,  
EX DECRETO ET CONSENSU AMPLISSIMI ICTORUM  
ORDINIS IN PERANTIQUA ELECTORALI  
UNIVERSITATE ERFORDIENSI  
PRO LICENTIA  
**GRADUM DOCTORALEM**  
IN UTROQUE JURE RITE AC LEGITIME CAPESSENDI  
PUBLICE VENTILANDAM EXPONIT

AUTOR  
JOANNES FERDINANDUS  
ANDREAS LAMMERZ,

*Handwritten signature*

*Mogonus.*  
IN AUDITORIO ICTORUM MAJORE HORIS CONSVETIS.  
DIE 11. OCTOBRI A. O. R. MDCCXXXI.

ERFORDIÆ, Litteris FRANCKENBERGIANIS. 16

